



59

Prẽ. Carlo. Brambilla.

1285



COSMOGRA
phicus Liber Petri Apiani Ma-
thematici studiose collectus.





Reuerendissimo Domino ꝛ Illustrissimo Principi domino Matheo M. diuina sacrosanctae Rho: ecclesiae Tit: S. Angeli pres: Cardinali: Archiepiscopo Saltzburgeñ Ap: Se: legato ꝛc. Petrus Apianus (dictus Benewitz) ex Leyßnick Mathematicae disciplinae clientulus Salutem perpetuā ac sui ipsius commendatiōem.

Posteaꝗ̃ anno superiori Sacratissime Antistes: atqꝫ Princeps Illustrissime: in vrbe Reginopolitana cū chartaceo munusculo (nihil equidem illo tempore preciosius afferre potui) tuam cęlsitudinem sum congressus: non difficilis erat mihi coniectatio præsignem Mathematicæ disciplinæ tibi adesse scientiam: et te clarissimum rei literariæ lumen/ Męcenatem atqꝫ Asilum/ et tuum etiam ad literas studium cognoui. Eo siquidem argumento/ ꝙ fronte insigniter exporręcta atqꝫ serena: obuijsqꝫ (vt aiunt) manibus illam quam obtuli membranam tam humaniter/ tum ob studiū geographicæ disciplinæ amorem/ cū ob vitæ tuæ integritatem exceperas/ vel eo potius: vt omittam cætera: q̄d iampridem M. Joannes Auentinus mihi semper amicissimus tam oratorū ꝗ̃ poetarum facile princeps: cuius laudem hic tacitus pręterire nō possum: Et D. dominus Joannes Landtsperger (cui semper es in ore) Plebanus Landisuteñ Illustrissimiqꝫ Ludouici Bauarię vtriusqꝫ ducis: Prefect: Rheni ꝛc. Sacellanus/ vir sui ingenij virtute prę stātissimus: cui gratias condignas nec agere nec referre possum: sępius apud me tuam depredicarent liberalitatem in doctos/ humanitatemqꝫ in omnes qui conantur aliquod egregiū/ præcipue in illos qui mathematicæ disciplinæ scientiā redolere videntur/ facilitatem et in omnes/ non potui committere/ quin tibi id/ quicquid est lucubrationis/ tanꝗ̃ deo tutelari dedicarem: et tuo sub nomine ędere cōstituerem/ quo tutius celeriusqꝫ tuo auspicio in com

munem studiosorum cōmoditatem prodiret in publicum. Potissimum: vt prima elementa studiosis geographię tyrūculis notiora redderentur hoc opusculum vtcunqꝫ conflatum conscripsimus. Uerum nō sine laude Ptholomei: qui omnium Mathematicorum facile princeps habetur. Sequuti enim sumus doctissimos quosqꝫ huius studij viros. Porro geographica professio in legendis auctoribus plurimum prodest: ei⁹ enim cognitio nō solum ad Poetarum / Historicorū / sed etiam Sacrarum literarū noticiam perducit. Vt Doctissimus ille Ptholomeus omniū Mathematicorum monarcha / Pomponius Mela / Dionisius / Solinus / Verissimus ille Strabo / Eneas Siluius / Volaterranus / Orosius reliquiqꝫ geographi testātur. Accipe igitur Antistes eminentissime hoc cosmographicum opus a nobis fideliter eaqꝫ consumatione supputatū qua in Ptholomei opere legi solet: quod si pius lector diligēti studio pellegerit / haud parum fructus geographicę disciplinę se attigisse sum̄a animi gratitudine profitebitur. Hic ea quæ aliqui sparsim a doctissimis ingenijs elucubrata sunt sub quodam compendio collegimus: operepreciū itaqꝫ duxi fore: si in vno volumine totius mundi obseruatio complecteretur: ne pp nimiam prolixitatem et obscuritatem Tyrunculis geographicę ꝓfessionis tedio quopiā irretitus teneatur: vel potius / ne quidam pauperculus pp librorum multitudinem atqꝫ operis Ptholomei ac precij magnitudinē absterreat. Nihil hic meā ipsius eruditionē aut ingeniū iactito: nam res est huiusmodi / quæ ipsa sese vel approbet / vel explodat. Equidem spero te nihil hic inuenturum / quod alienum sit a Cosmographica professione. Certe satis pro virili conatus sum: quo ad absolutissimam cosmographię cognitionem: atqꝫ adeo video: mihi satisfecisse hac in re iuxta illud poeticum. In magnis et voluisse sat est: Tu interim Laudatissime Præsul laborem hunc qualiscunqꝫ sit bono animo pietati tuæ a me dedicari patiaris. Non est nouum: sed et antiquorum scriptores solebant (vt omnibus perspectum est) ad nouos libellos patronos eligere: quorum auspicio ipsis libris quoddam robur atqꝫ auctoritas accedat: quod in hac re et me opinor haud improbe fecisse iuxta sententiam plinianam. Multa valde præciosa videntur: quia templis sunt dicata. Vale / doctissime princeps: integritate et morum et virtutum præsul ornatissime. Ingenij mei laborem admodum pertenuem hilari fronte suscipito / propediem maiora quæpiam sub tuo titulo in publicum ędita: Musis bene iuuantibus / a nobis accepturus. Vale iterum doctorū virorum dulcę presidium: meqꝫ cōmendatum habe. Ex fœlici Landisuta. Anno salutifere incarnationis Millesimo Quingētesimo vicesimoquarto: septimo Kalendas Ianuarias.

Summa et ordo operis.

¶ In Prima parte huius libri haec infra scripta continentur.

¶ Capite Undecimo.
De partibus mensuræ quibus utitur Cosmimetra.
¶ Capite Duodecimo.
Qualiter ex stadiasmo ipsius terræ ambitus accipiatur.
¶ Capite Tredecimo.
Quomodo distantia ciuitatum locorumue sit inueniēda: quę differūt latitudine tantum.
Quæ differunt sola longitudine.
Quæ Longitudine et Latitudine simul.
Quomodo gradus Longitudinis extra ęquinoctialē in gradus æquinoctialis sint conuertendi.
Quomodo distantia locorum via geometrica in globo sit inueniēda.
Quomodo locorum intercapedo per tabulas sinuum sit supputāda.
¶ Capite Decimoquarto.
Quomodo globus Geographic⁹ ad quattuor mundi cardines et ad quemcūq; locum sit ponendus.
Quomodo ciuitates in globo geographico sint locandæ.
Qua ratione globus conficitur et componitur.
¶ Capite Decimoquinto.
Quid sit ventus: quot numero sūt
Quæ sit eorum natura et ordo.
Qualiter meridiana linea vulgari inuentione ducenda sit.
Quomodo eadem linea per instrumentum azimutale deprehendatur
Alia inuentio eiusdem quę fit per organum viatorium.
¶ Capite decimosexto.
De Antipodib⁹ et eorū habitatiōe
De Antœcis.
De Periœcis/Perisciis et Amphisciis.
¶ Capite Decimoseptimo.
Quid Insula:
Quid Peninsula.
Quid Isthimus.
Quid continens.
¶ Capite Decimooctauo.
Qualiter locus uniuscuiusq; ciuitatis aut oppidi in tabulis Ptho: sit inueniendus.
¶ Capite Decimonono.
Quid speculum orbis.
Quomodo locorum aut ciuitatū situs in speculo sit inquirendus.
Quomodo speculum secundum situ tuę habitationis sit verificādum
Quibus regiōibus/Insulis aut opidis sol pro dato die in vertice capitis moueatur et quibus non.
Quotta sit hora in quacūq; regione aut ciuitate oīni dici hora perscrutari.

¶ Secundae Partis Summa.

Secunda Pars hui⁹ opusculi in se continet Summam nec non particularem totius orbis descriptionē: hoc est/Regionum/ Montiū/ Siluarum/ Fontium/ Fluminum/ et Lacuum/Marium Insularum/ Peninsularum/Urbium/Oppido

rum/Populorumq́. Huic tādem adheret appendix in quo hęc infra scripta continētur.

Quomodo ex motu lunæ horæ noctis ęquales sint venandę.

Quomodo incēsio corporis Lunę sit contemplanda.

Quomodo ex stellis fixis maioris vrsę seu rotis plaustri horę noctis sint obseruandę.

¶ Errata recognita: nō passim omnia sed animaduersione digna.

Emendanda in parte prima.

Jn 20. columna lin: 9. et index trigoni: qui vltra locum perpendiculi enim et. pone. & index rotulę: qui vltra circulum eminet in gradibus quadrantis altitudinem poli &c.

Colū: 20. lin: 1. proportio. Tertia Lege propositio.

Colum: 21. vltima proportio. lege propositio.

Colum: 49. lin: 7. circa limbos meridiem et occidētem: lege circa limbum meridiem et septentrionem.

Colum: 52. lin: 15. Ab exortu ęquinoctialis melius: tiali.

Colum: 63. in dextra parte speculi occidens pone oriens. Jn sinistro latere oriens/pone occidens. et in limbo pro 11. scribe. 1. pro 10. scribe 2. pro 9. scribe 3. pro 8. scribe 4 &c.

¶ Jn parte Secunda Emendāda

Colum: 76 col 2. li: 26.
Rochlitz 30.15 | 15.2. pone
30.15 | 51.2.

Colum: 86. col. 1. li: 19. Ebayrus. lege Chayrus.

Jn appendice li: 17. col: 1. horam instumento lege instrumento.

Tetrastichon Joannis Auen: Ad Lectorem.

Aetheris ac Terræ tractus/pelagiq́ recessus/
Cardine quo cœli/cuncta locata sient:
Flumina cum siluis/Celebres cum montibus vrbes/
Hanc eme perpaucis/pagina parua docet.



ZENIT
MERIDIANVS MOBILIS
MERIDIES
SEPENTRIO
Hozizon
Tropicus
Equatoz
Capricozni
Cancer
Leo
Virgo
Scorpius
Sagittar
Polus Arcticus
Polus Antarcticus
Axis
LINEA MERIDIANA


Prima pars huius libri de Cosmographie et Geographie principiis.

Quid sit Cosmographia et quo differat a Geographia et Corographia. Caput primum.

Cosmographia (vt ex ethymo vocabuli patet) est mundi: qui ex quattuor Elementis: terra/aqua/aere et igne/Sole quoque Luna et omnibus stellis constat/et quicquid celi circumflexu tegitur/descriptio. Imprimis enim contemplatur circulos: ex quibus illa supercelestis Sphaera componi intelligitur. Deinde ex ipsorum distinctione terrarum illis subiectarum situs et locorum symmetriam seu commensurationem: Rationem insuper climatum: Dierum noctiumque diuersitates. Quattuor mundi Cardines: Stellarum quoque fixarum necnon erratium Motus Ortus et Occasus et quibus verticales mouentur/ et quecumque ad celi rationem pertinent: vt Poli eleuationes/parallelos et Meridianos circulos etc. Iuxta Mathematicas ostensiones demonstrat. Et a geographia differt: quia terram distinguit tantum per circulos celi/non per montes/Maria et flumina etc.

Huius rei sume hanc sequentem formulam.

In hoc ſequenti Typo totius Coſmographiae Deſcriptio demonſtratur.



Geographia quid.

Geographia (vt Vernerus in paraphrasi ait) est telluris ipsius pręcipuarum ac cognitarum partium: quatenus ex eis totus cognitusq; terrarum orbis constituitur: et insigniorum quorumlibet/quę huiusmodi telluris partibus coherēt formula quędam ac picturę imitatio: Et a Cosmographia differt/quia terram distinguit per montes / fluuios et maria/aliaq; insigniora: nulla adhibita circulorum ratione. Isq; maxime prodest qui adamussim rerum gestarum et fabularum peritiam habere desiderant. Pictura enim seu picturę imitatio ordinem situmq; locorum ad memoriam facillime ducit. Consumatio itaq; et finis Geographie totius orbis terrarum constat intuitu/illorum imitatione: qui integram capitis similitudinem idoneis picturis effinguut.

Geographia nō est pictura sed picturę imitatio seu inchoatio.

Geographia. **Eius Similitudo.**




Corographia quid:

Corographia autem (Vernero dicēte) que et Topographia dicit̄/partialia quędam loca seorsum et absolute considerat/absq; eorum ad seinuicem et ad vniuersum telluris ambitum comparatione. Omnia siquidem ac fere minima in eis contenta tradit et prosequitur. Velut portus/villas/populos/riuulorum quoq; decursus /et quęcunq; alia illis finitima: vt sunt ędificia domus/turres/menia &c. Finis vero eiusdem in effigiēda partilius loci similitudine consumabitur: veluti si pictor aliquis aurem tantum aut oculum designaret depingeretq;.

Corogr̄phia est perfecta & cōsumata pictura et nullus eā nisi homo pictor exercere potest.

Corographia. Eius Similitudo.



¶ Antequam quis ipsius Cosmographię studium aggrediatur/fundamentum inprimis seu Astronomię principia quę sunt circulorū sphęre noticia/quibus tota vtitur Cosmographia disquirat necesse est. Quod in sequentibus q̄ breuissime manifestabitur.

De motu sphaerarum Coelorumqꝫ diuisione. Caput secundum.

Mundus bifariam partitur in Elementarem regiōem et Aethercam. Elementaris quidem assidue alterationi subiecta/quattuor elementa Terrā/Aquam/Aerem et Ignē continet Aetherea autem regio (quā philo: quintā nuncupant essentiam) Elementarem sua cōcauitate ambit: inuariabilisqꝫ substantia sęmper manens/decem Sphęras complectitur. Quarum maior sęmper proximam minorem sphęrice (eo quo sequitur ordine) circūdat. Imprimis igitur circa sphęram ignis de⁹ mūdi opifex locauit sphęrulam lunę. Deinde Mercurialem. Postea Veneream. Solarem. deinde Martiam. Iouiam et Saturniam/quęlibet autē istarum vnicam tantum habet stellam/quę quidem stellę Zodiacum metiētes sęmper primo mobili seu decimę sphęrę motui obnitunť/alias sunt corpora diaphona: hoc est omnino perlucida. Mox sequitur firmamentum: et quod stellifera sphęra est: queqꝫ in duobus paruis circulis

circa principia arietis et librę nonę sphęrę trepidat: et iste motus apud Astro: motus accessus et recessus stellarum fixarum appellatur. Illam circumdat nona sphęra: quę: quom nulla in ea stellarum cernitur: coelū cristallinum seu aqueum appellatur. Istas tandem ętheras sphęras primum mobile: quod & decimum coelum dicitur suo ambitu amplectitur et continue super polos mundi semel facta reuolutione in 24 horaꝝ interuallo /ab ortu per meridiem in occasum/iterum in orientem recurrēdo rotatur. Et omnes inferiores sphęras suo impetu simul circūuoluit/nullaq; in eo existit stella. Huic ceterarum sphęrarum motus ab occasu per meridiem in ortum currentes/reluctantur. Ultra quicquid est immobile est: Et Empyrreum coelum(quem deus cū electis habitat)nostrę orthodoxę fidei professores esse affirmant:

Mox sequitur Schema huius praemissae diuisionis Sphaerarum.


COELVM EMPIRRE VM HABITACVLVM DEI ET OMNIVM ELECTORVM
Decimũm Coelũ
Primũ Mobile
Nonũ Coelũm
Et Cristallinũ
Octauũ
Coelũm
Firmamentũ
Coelũm Saturni
Coelũm Iouis
Coelũm Martis
Coelũm Solis
Coelũ Veneris
Coelũ Mercurij
Coelũ Lune

De Circulis Sphaerae Caput Tertium

Quid Sphaera.

¶ Sphera est solidum quoddam vna superficie contentū in cuius medio punctus est/a quo omnes lineę ad cirumferentiam ductę sunt ęquales.

Quid axis Sphaerae.

¶ Axis Sphęrę (auctore Diodocho) vocatur dymetiens ipsius /circa quam voluitur. Poli mundi (qui et cardines et vertices dicūtur) sunt extrema puncta axem terminantia. Horum alter Septentriōalis alter austrin⁹ dicitur. Septētrionalis qui/ꝛ arcticus/borealis/ꝛ aquilonarius dicitur semper in nostra habitatione apparet. Austrinus vero qui meridionalis et antarcticus dicitur sęmper/quo ad nostrum hemisphęrium sub horizonte latet.

De Sex Circulis Sphaerae maioribus.

¶ Horizon (quem et finitorem dicimus) est circulus qui partem mūdi visam a non visa dirimit. Hoc est inferius hemisphęrium a superiori.

¶ Meridianus circulus est qui per polos mundi et punctum verticalem ducitur/In quem cum sol incidit supra horizontem meridiem /sub horizonte vero mediam noctem efficit.

¶ Aequinoctialis est circulus maior/ diuidens Sphęram in duas partes æquales/quē cum sol perambulat (quod bis contingit in anno) dies fiunt æquales nocti in toto terrarum orbe.

¶ Zodiacus circul⁹ qui a Philosopho Obliqu⁹ dicitur is est/qui duodecim continet signa/compręhendens ex vna parte Circulum Cancri/ꝛ ex alia Capricorni/ac per medium secās ęquinoctialem secaturqꝫ ab eodem scꝫ in principiis Arietis et Librę: Intelligitur et Zodiacus ꝑꝑ verū errantium syderum trāsgressum habere latitudinem 16 graduum/ quem per medium diuidit ecliptica/relinquens vltro citroqꝫ gradus 8 Latitudinis. Omnes autem reliquos circulos ratione tantum sine latitudine et profunditate omni intelligere debemus: Vti lineam/sensu enim minime in cœlo discerni possunt.

Nomina et Characteres signorum Zodiaci sunt haec.

Aries	♈	Taurus	♉	Gemini	♊	Cancer	♋
Leo	♌	Virgo	♍	Libra	♎	Scorpi⁹	♏
Sagitta:	♐	Capricor:	♑	Aquarius	♒	Pisces	♓

Caracteres septem Planetarum:

♄ Saturnus ♃ Jupiter ♂ Mars ☉ Sol
♀ Venus ☿ Mercurius ☽ Luna

¶ Coluri sunt duo Circuli in Sphera/vnus quidem trãsit per principia Arietis et Libræ/Alter vero per principia Cancri et Capricorni ac sese dispessentes ad angulos rectos Sphærales circa polos mundi

De quattuor Circulis minoribus.

¶ Cancri Circul⁹ qui et Solsticialis dicitur est ille/qui ab equinoctiali versus Septentrionem 23 gradibus/et 30 minutis distat. In quẽ cũ Sol se receperit æstiuam reciprocationem peragit /longissimusq; dies anni/ breuissimaq; nox erit. A grecis Tropicus quasi versilis appellatur.

¶ Capricorni Circulus qui et Brumalis dicitur. is est/qui vltimo a sole describitur versus austrum. In quo Sol Brumalem reciprocatiõem facit/diemq; efficit breuissimam et noctem prolixiorem.

¶ Arcticus Circulus est/qui ex omni parte a polo mundi 23 gra: 30 mi: distat/et a priori maioris vise describitur.

¶ Antarcticus vero circulus est/qui describitur a polo Zodiaci Antarctico et est equalis et equidistans Arctico circulo tot⁹ sub terris mers⁹.

Ecce materialem Figurã Circulorum Sphaere.

Sphaera mundi.



De quinqȝ Zonis Caput Quartum.

Quom terrae et aque superficies sit vna/et sphaerica (quod ei⁹ vmbra: cum certa opaci corporis sit species/ in lunari ecclipsatione apertissime demonstrat) et in medio mundi immobilis constituta quinqȝ cœlestis sperę circulos quemadmodum sphera in cōuexitate sua complectitur. Aequinoctialem scȝ et Tropicos et Arcticos circulos. Qui pręter equinoctialem in cœlo quinqȝ Zonas totidemqȝ in terris plagas cōstituunt. Quarum duę circa polos extremę frigore semp horrentes vix habitabiles existūt. ¶ Tertia in omnium medio inter tropicos sita ꝓpter continuum solis discursum et ob radiorum Solis perpēdicularitatem terra seu plaga adusta et male aut egre habitabilis ratione discernitur.

¶ Reliquę duę: q̄ tropicis arcticisqȝ circulis interiacēt temperatę et habitabiles. Temperant enim calore torridę Zonę et extremarū frigore/ quarum nos alteram incolimus: alteram Antœci et Antichtones.

Huius praemissae diuisionis Zonarum quinqȝ sequitur formula in plano extensa.



Hoc Schema demonstrat terram esse Globosam.



Si terra esset Tetragonica / vmbra quoqz tetragonalis figurae in eclypsatione lunari appareret.



Si terra esset Trigonica: vmbra quoqz trian-gularem haberet formulam.



Si terra hexagōalis esset figure: eius quoqz vmbra in de-fectu lūari hexogōalis appareret. que tñ rotūda cernitur.



De Parallelis Circulis Caput Quintū.

PAralleli (q̄ ꝛ segmēta dicūtur) sunt circuli aequalem distantiam ex omni pte ab inuicem habentes: et nunq̄ʒ si possent etiam ad infinitum protrahi concurrentes. Quamuis paralleli ad libitum possunt describi/tamen (ad Ptol: imitationem) per certos tam in solida q̄ʒ in plana telluris designatione latitudinis gradus dispestimus: quod etiam in figura sequenti Arithmeticali seu tabulari apparet. Hac tamen intercapedine ab inuicē distāt:/vt dies vnius paralleli longissimus superat paralleli alterius diem prolixiorem quarta fere parte vnius horę. eadem habitudine et reliquorum parallelo᷑ distātia erit imaginādā tam in parte Septentrionali q̄ʒ meridionali.

Sequitur: Schema divisionis parallelorum.




Arithmetica Supputatio seu diuisio parallelorum.

Gradus Eleuationis Poli Seu Latitudinis terrę								
Paralleli.	g	m	Paralleli.	g	m	Paralleli.	g	m
Pri⁹ paral: hz.	4	15	Octauus hz.	30	20	Quint⁹ deci⁹	48	30
Secundus hz.	8	15	Nonus hz.	33	20	Sext⁹ decim⁹.	51	30
Tertius hz.	12	30	Decimus hz.	36	0	Deci⁹ Septi⁹.	54	0
Quartus hz.	16	25	Vndecim⁹ hz.	38	35	Deci⁹ octauus	56	0
Quintus hz.	20	15	Duodecim⁹	40	55	Decim⁹ non⁹	58	0
Sextus hz.	23	50	Deci⁹ terti⁹	43	5	Vigesimus	61	0
Septimus hz.	27	40	Deci⁹ quart⁹	45	0	Vigesim⁹ pri⁹	63	0

De Climatibus Caput Sextum.

ASstrorum periti apud veteres terram secundum latitudinem in 7 partes diuisere: quas Climata appellarunt. Nos vero pp Neotericam obseruationem in ptes seu Climata 9 dispescimus. Est autem Clima spaciū terrę inter duos parallelos conclusum in quo sensibiliter: id est: ad semihoram mutatur horalogium. Quia elongando ab ęquatore ad polos vtrosqȝ fiunt sęmp dies in ęquales. Ideoqȝ quottū aliquod Clima fuerit ab ęquatore tot semihoris longissima eius loci dies superat diem nocti ęqualem. ¶ Notandū insup est quod Climata aut ab vrbe/aut fluuio/aut Regione/aut Insula/aut Monte insigni sua sortiuntur nomina. Primum itaqȝ dicit̄ Diameroes a dia q̄ est per/et Meroe ciuitas Aphricę: quia eius mediū transit per Meroen. Secundum DiaSyenes: quia eius medium transit per Syenen: quę est ciuitas egipti sub tropico cancri sita. Tertium DiaAlexandrias. Quartum DiaRhodon. Quintum DiaRhomes. Sextum DiaPontos. Septimum DiaBoristhenes. Octauum DiaRhipheon. Nonum DiaDanias. Eadem nomina habent Climata meridionalia: nisi prępon endo grecam illam prępositionem anti quę latine sonat contra vel oppositum: vt AntiDiaMeroes. AntiDiaSyenes ꝛc.

Formula praemissae traditionis.




Tabula Climatum Arithmeticalis Secundum gra: et mi: lati: quo ad principia / media et fines eorundem.

	Principium		Mediu		Finis	
Gradus latitudinis	G	m	G	m	G	m
Primum Clima	12	45	16	20	20	30
Secundum Clima	20	30	23	50	27	30
Tertium Clima	27	30	30	20	33	40
Quartum Clima	33	40	36	0	39	0
Quintum Clima	39	0	41	20	43	10
Sextum Clima	43	10	45	0	47	0
Septimum Clima	47	15	48	40	50	30
Octauum Clima	50	30	51	30	53	10
Nonum Clima	53	10	55	0	56	0

De Longitudine Terrestri Caput Septimum.

LOngitudo loci (Vernero alludente) est aequatoris siue equinoctialis circuli segmentum meridiano eiusdem loci et fortunarū insularum meridiano comprehēsum. Quia veteres illi Geographi superficiē terre describere: et ex stadiasmo locorum intercapedines inquirere/volentes: posuerunt primum lōgitudinis gradum in occidente: hoc est in fortunatis insulis que nunc canarie appellantur. Deinde secūdum numerorū successum per meridiem in orientem telluris ambitum gradatim depingebant. Quam inquā longitudinem in plano Typo (quē mappam vocāt) vt sequitur/Hebraicis litteris (quia longitudo: si notum respexerimus: a dextris sinistram versus hebraico more dirigitur) Helicha Haaretz/Quod sonat transitus seu via terre intitulauimus. Qua autem via vnius cuiusque loci longitudo sit comperienda in sequentibus ppositionibus breuitate quadam docebimus. Alias vero: deo opitulante: in nostro astrolabio plano quoque Metheoroscopio ex nostro Matheseos disciplinae scrinio longe exactius in lucē edere decreuimus. Qualiter aūt in plana nostra designatiōe corpe etiā in solido orbis longitudo sit exploranda in presentiarum absoluo. Longitudo itaque distinguitur meridianis qui circa pollos concurrunt. Unde gradus mensurantes arcum equatoris inter primū longitudinis gradum (qui occidentem claudit) et meridianum qui transit per locum tue habitationis gradus longitudinis vocantur.

Ecce Figuram extensā in plano.



De latitudine terrae Locorumue. Caput Octauum.

Latitudo regionis vel habitationis est Segmentum eiusdem meridiani vertice seu polo horizõtis atq; equatoris circulo diffinitum/ et est semper equalis altitudini seu eleuationi poli supra horizonta: quadã tamen ratiõe inter se differunt. Nam eleuatio siue altitudo poli est arcus meridiani inter polum mundi et horizontẽ interceptus. Latitudo vero loci est arcus meridiani inter zenith capitum et equatoris circulum contentus. he autẽ due portiones meridiani (vt auctor sphere demonstrat) sunt equales. Numerus igitur latitudinis terre tam septentrionalis quam meridionalis in solido planoq; de 10 in 10 (vt assolet) scribitur/ similiter et longitudinis.

Formula huius traditionis.



¶ Preterea ne quid supputatiõi nostre desit/ cõsulto apposuimus organum hoc in quo latitudinis alicuius oppidi et eleuationis poli equalitatem ostendere decreuimus. Habes igitur iucundissime Lector hic horizonta mobilem quem ex parte Septentrionis aut deprime/ aut eleua sm quod numerus graduum eleuationis poli pro certa eleuatione expositus

lat/et videris tot esse gradus eiusdem meridiani ab equinoctiali circulo vsq3 ad zenith depicti hominis/quotquot arcus eiusdem meridiani inter polum mundi et horizontem cōprehendit.

Corollarium.

¶ Zenith Capitis semper equaliter ex omni parte ab horizōte: id est. 90 gradibus seu quadrante distat/eo dicit polus horizōtis. et vbiq3 existētibus(exclusis omnibus alijs impedimentis)semper medietas cœli siue hemisphęrij apparet In quantū igit aliquis ab equinoctiali pcedit versus septentrionē vel austrum in tantum etiā deprimit horizon sub polo ex parte vna \ ex altera vero eleuatur super polum oppositum.



Quomodo altitudo Poli seu latitudo terrae per organum speciale sit exploranda.
Caput Nonum

¶ Pro intellectu huius capituli necessario ponēde sunt quedam propositiones fores huius organi et eius vsum multiplicem explicantes. quarum prima est.

Propositio Prima.

Altitudinem Solis supra horizontem omni die et hora artificiose ex radijs solarib' cognoscere. ¶ Subleua igitur librum cum sequenti organo inferiori parte versus solem ita: vt perpendiculū ex .c. signo libere pendeat super gnomonis perpendiculum et trigonum mobilem erecto pinnacidio radianti soli oppone. Ita q facies organi ad te / superior vero pars libri versus sinistram manum vertatur. Rursus subleua aut deprime paulatim trigonum cum pinnacidio versus solem donec suprema pars vmbrę pinnacidij quārectissime cadat super lineam vmbrę. Hoc peracto: cōsidera diligenter per quot gradus eleuatur Index trigoni supra horizontem. numerus illorum graduum est altitudo solis pro dato momento.

Propositio Secunda.

Verū locū solis quolibet die in Zodiaco ex Theorica solis artificiose inquirere. ¶ Supputa igitur diē mensis p quo solis gradum scire cupis in circulo dierum mensium / super quē pone filū ex centro theoricę: filū itaqꝫ extensum sup extremū orbē / indicat signū ⁊ signi gradū p quē die oblato sol decurrit. Verū in anno bisextili post exitū Februarij vsqꝫ ad anni finē sēp ad oblatū diē dies vnus addēdus est / Deinde facta supputatione in limbo mēsium filū solis verū motū ad meridiem oblati diei ostendit.

Instrumentum Theoricae Solis.

Aux Solis.



Oppositum augis.

Propositio Tertia.

Altitudinem Poli supra horizontē omni die et pro qualibet hora certa diei dicto citius inuenire. ¶ Si quouis die altitudinē Poli scire desideras. Accipe pro hora certa solis altitudinem/vt antepremissa docet. Deinde perpendiculis recte pendentibus volue ac reuolue organum donec intersectio horę iam acceptę et lineę parallelę ex gradu solis (in quo est sol die oblato) ductę sit directe sub perpendiculo trigoni. Et index rotulę: qui vltra periphęriam rotulę eminet altitudinem poli (sine errore) pro data habitatione manifestabit. Quomodo autem poli altitudo per stellas fixas noctu deprehenditur alibi docebimus.

Propositio Quarta.

Stella polari (circa quam punctus seu vertex mundi immobilis consistit) incognita in eius cognitiōem duplici via vtiliter peruenire. ¶ Imaginare ergo vnā lineam rectā ab extremis duabus stellis maioris Vrsę seu rotis plaustri vsqꝫ ad proximam stellam quę huic lineę obuiauerit/et habebis stellam polo mundi proximam/Quę a Naucleris stella maris/ab Astrologis vero Alrukaba dicitur eiusmodi igitur stellarum situm et effigiē(quę vrsam seu plaustrum figurant) vides hic lector in figura sequenti. Ibidem enim linea albis scissuris indicat stellam polarem. Non/quod polus sit: sed stella polo mundi proxima. ¶ Idem aliter. Pone organū viatorium/quod lingua vulgari Compassus dicitur (vt assolet) Si postea filum seu nasum: vt vocant/compassi visu produxeris ad firmamentum vsqꝫ proculdubio inuenies ibi radiali linea polū Septentrionariū qui arcticus Borealis et Aquilonarius dicitur: per quem mundus ipse versatur. Est autem polus ille mundi punctus imaginarius non sensibilis iuxta quem dicta stella mouetur.

Huius traditionis Exemplar.



Propositio Quinta.

HOram vsitalem interdiu ex radijs solaribus facile perscrutari. ¶ Habita eleuatione poli ex antep̃missa vel ex regionum abaco /pone indicem rotulę volubilis sup̃ graduum eleuationis : et ita manentem rotulã fige intrinsecus cũ cera vt perpetuo in ista habitatione illic maneat. Quo facto subleuato librum cum organo donec filum.c.recte pendeat super depicto perpendiculo. Deinde sole irradiante erigatur proiector vmbrę seu pinnacidium trigoni ad angulos rectos. Postea subleua aut deprime trigonum soli obiectum donec pinnacidiũ vmbra super lineas vmbrę incidat:et cũ hoc videris (semper habito respectu ad perpendiculum depictum) intersectio fili eiusdem et lineę parallelę ex gradu solis ductę in arcubus horarũ tibi in promptu horam et fractiões horarias indicabit/aut ante meridianam aut pomeridianam pro vt temporis momentum exquirit.

Propositio Sexta

TEmpus ortus et occasus solis in toto terrarũ orbe facile inquirere. ¶ Pone indicem rotulę super gradum eleuationis poli regionis aut oppidi in qua vis habere temp⁹ ortus et occasus. Deinde a gradu solis in limbo circa horam 12. notato ingredere secundum parallelum vsq; ad horizontalẽ lineam. Ipsa parallela linea in contextu horizontis inter lineas horarias temp⁹ exortus et occasus solis manifestabit.

Propositio Septima.

QVantitatem diei artificialis noctisue artificialis breuiter computatare. ¶ Supposito puncto ortus solisq; occasus secundum debitam poli eleuatiõem ex pmissa Computa ab eodem pũcto horas et horarum partes vsq; ad hora 12. et habebis tempus semidiurnum. Sicq; illud duplaueris quantitatem diei artificialis (hoc est moram/qua sol ab ortu in occasum tendẽs supremum occupat hemisphęrium) conflabis. Qua a 24. horis subtracta noctis quantitas (hoc est tempus: qua sol ab occasu in ortũ tendens inferius occupat hemisphęrium) residuabitur.


Propositio Octaua.

HOram initij et finis crepusculi matutini et vespertini ex eodem organo: supposita eleuatione indagari. ¶ Crepusculum matutinum /quod nos auroram nuncupamus est tempus quod intercipitur inter diem clarum et noctem obscuram: et tempus in quo aer incipit splendescere dicitur initium crepusculi matutini/At verbo: vbi recessu solis desinit dicit̃ finis crepusculi vespertini. Si igitur initium matutini/et vespertini finem scire optaueris accipe gradum solis in Zodiaco sub horizonte et duc lineam ab eo parallelam vsq; ad contextum lineę crepusculinę et contactus linearum ostendit (habito horarum respectu) initium et finem crepusculi matutini et vespertini. Horę em̃ antemeridianę initium matutini pomeridianę vero finem crepusculi vespertini supputant.

Propositio Nona.

PRo quacunqꝫ eleuatione et pro quacunqꝫ hora diei solis altitudinem absqꝫ radijs solaribus rimari. ¶ Pone indicem rotulę sup gradum eleuationis/ad quam vis inuestigare horarum altitudines. ~~Deinde rectifica margaritā super gradum solis per quintam huius.~~ Quo facto: subleua librum cum organo/vt semper perpendiculum gnomonis (vt diximus) perpendiculo de picto correspondeat. Postea eleua aut deprimę trigonum quousqꝫ super horam electam ~~margarita~~ dependeat/et supputa gradus et: si supsunt: minuta circa indicem. Hanc igitur altitudinem scribe ad tabulam sub titulo huius horę indirecto huius signi super quod rectificasti ~~margaritam~~: Hoc ingenio perge cum altitudinibus aliarum horarum et signorum. Hęc res maxime prodest horalogiorum cōfectioni puta: Cilindri/Quadrantis/Annuli astronomici/horalogij muralis. ꝛc.

Pro intellectu harum propositionum sume Organū hoc de quo dictum est.


HORAE ANEMERIDIANAE
HORAE POMERIDIANAE
Polus Ant.
INDEX
HORIZON VEL
LINEA ORTUS
LINEA AVROR
EPVSCVLINA
LINEA VMBRAE
LINEA VMBRAE
TRIGONVS
INDEX
POLI

De Longitudine regionum: prouintiarum: Oppidorũ Locorũue inuestigãda Caput decimum.


LOngitudines regionum: Ciuitatum: locorũue ex initio eclipseos lunaris indagare. ¶ Obserua itaqꝫ principium alicuius eclipsis in oppido cuius longitudo tibi ignota fuerit. Qꝫ si in horis et minutis cum eclipsi ex tabula sequenti accepta concordauerit/proclamabis istum locum habere meridianum Leyҟningensem: quia eclipses sequentes mathematica supputatione ad Leyҟningensem meridianũ collegimꝰ. Est eñ ciuitas Misnię cuius longitudo gra.30.minu.20. Si autem initiũ eclipsis differt/ dic locũ illum aliũ habere meridianũ: et diuersam longitudinẽ. Quã sic inuenies auffer nnmerũ horarũ ⁊ minutorũ minorẽ de maiori/ et differentiam in gradus ⁊ graduũ minuta conuertito. hoc pacto. ꝑ qualibet hora accipe 15. gradus/ sẽp pro. 4. minutis horę. 1. graduũ/ ⁊ pro quolibet minuto horę. 15. minuta gradus. Tandem numerum graduũ ⁊ minutorũ iam elicitum adde ad gradus longitudinis meridiani Leyҟningñ. Si orientalior/hoc est/si minor horarum numerus in ea reptus fuerit. Aut subtrahe: si occidẽtalior/hoc est/Si maior horarũ numerus in ea quã in tabulis eclipsiũ reperitur/ ⁊ habebis lõgitudinẽ huius oppidi/ quę antea ignota fuerat. Similiter eteñ cũ eclipsibus quę ad aliũ meridianum sunt supputæ/agito.

Sequuntur figurae eclipticacae ad meridianũ Leyҟ ningeñ supputatae

1523
Dies. Horę. Mi.
25 15 23
Augusti



1525
Dies. Horę. Mi.
4 10 19
Julij



1525
Dies. Horę. Mi.
29 10 15
Decembris



1526
Dies. Horę. Mi.
18 10 38
Decembris




1529
Dies. Horę. Mi.
16 20 32
Octobtis




1530
Dies. Horę. Mi.
28 18 31
Marcij




1530
Dies. Horę. Mi.
6 12 21
Octobris



1533
Dies. Horę. Mi.
4 12 2
Augusti



1534
Dies. Horę. Mi.
29 14 36
Januarij




1536
Dies. Horę. Mi.
27 6 33
Novembris



1537
Dies. Horę. Mi.
24 8 13
Maij



1537
Dies. Horę. Mi.
16 15 6
Novembris



1538
Dies. Horę. Mi.
13 14 36
Maij



1538
Dies. Horę. Mi.
6 5 43
Novembris



1941
Dies. Horę. Mi.
11 16 46
Marcij



1542
Dies. Horę. Mi.
1 8 58
Marcij



1544
Dies. Horę. Mi.
9 18 25
Januarij



1547
Dies. Horę. Mi.
4 10 58
Maij



1547
Dies. Horę. Mi
28 5 6
Octobris



1548
Dies. Horę. Mi.
22 11 36
Aprilis



1549
Dies. Horę. Mi.
11 15 21
Aprilis



1551
Dies. Horę. Mi.
28 8 33
Februarij



1554
Dies. Horę. Mi.
8 14 50
Decembris



1555
Dies. Horę. Mi.
4 15 8
Junij



1556
Dies. Horę. Mi.
16 14 28
Decembris



1558
Dies. Horę. Mi.
2 12 43
Aprilis




1559
Dies. Horę. Mi.
16 5 42
Septembris




1560
Dies. Horæ. Mi.
11 17 16
Martij




1562
Dies. Horæ. Mi.
15 16 17
Julij




1563
Dies. Horæ. Mi.
5 9 37
Julij




1565
Dies. Horæ. Mi.
7 13 51
Martij




1566
Dies. Horæ. Mi.
28 5 8
Octobris



1567
Dies. Horæ. Mi.
17 15 6
Octobris




1569
Dies. Horæ. Mi.
2 16 58
Martij



1570
Dies. Horæ. Mi.
20 7 17
Februarij



1570
Dies. Horæ. Mi.
15 9 35
Augusti



¶ Idem aliter per Baculum quē astronomicum dicimus ex motu Lune vero ꝛ stellarū nō errantiū situ depꝛehēdere.

¶ Anteq̄ rem ipsam aggrediar: Fustis seu baculi fabꝛicam geometrica ratione cōsulto pꝛedicere decreuim⁹. Fiat igit̄ semicirculus super. F. centro qui sit. a. b. c. Et ex. f. signo seu centro orthogonalis excitet̄ ad circū ferentiam vsq̄ in longitudine. 5. 6. aut. 7. pedum (quia secundū eius longitudinem debet fieri baculus seu fustis ex ligno solido et glandoso grossitudine digiti) et tangit circulum in puncto. b. sic erit semicirculus diuisus in duos quadrantes sc₃. a. b. et. b. c. Quibus sic dispositis pone vnū circini pedem in. f. signum reliquū ad palmi latum extende / et fac mobili pede notas duas: vnā versus a. ibidem fiat nota. b. Reliquam versus. c. vbi notetur. b. circino sic immoto manente ponet̄ vnus pes in. b. altero mobili describe circulum occultū, ad quem ducende sunt cōtingentes ex vtrisq̄ pūctis circa. f. eruntq̄ ipsę lineę. g. d. et. b. e. ęquidistantes seu parallelę. f. b. Deinde quartā. a. b. Similiter et. b. c. diuide in. 90. partes aut gradus hoc modo. Pꝛimo in tres partes ęquas / et iterum quālibet partem intres. Tertio quālibet in duas / Postremo et vltimo in quinq̄. Quibus et centro. f. applica regulam et trahe lineas occultas per omnes gradus et vbi iam pꝛoductę lineę dispescunt. g. d. et. b. e. lineas notent̄ signa. Quo facto pꝛotrahe lineas a punctis. g. d. lineę vsq̄ ad opposita pūcta lineę. b. e. Quę quidem lineę transuersę interscindūt. f. b. semidyametrum Deinde fiat baculus in longitudine. f. b. habens ęquales diuisiones. f. b. lineę. Numeri itaq̄ graduū ab. b. versus. f. secundū exigentiā diuisionis sunt aptandi. Deinceps fac tabulam versatilem seu pinnacidiū in longitudine. g. b. vł. d. e. eiusq̄ in medio fac foramē seu rimulam aut fissuram in qua ide₃ baculus ad ad angulos rectos moueri possit: et paratus erit baculus Cuius hanc sequentem sume formulam.


Vsus Baculi.

¶ Posteaq̄ fustis structuram compleuim⁹: consequenter eius vsum dicere aggredioꝛ. Si igitur loci alicuius aut oppidi cuius longitudo ignota fuerit / notam longitudinem reddere desideras. Quere pꝛimū ex tabulis astronomicis verum lune motum secundū longitudinē tempoꝛe tuę cōsiderationis ad certum locum ad quē tabularū radices sunt computatę atq̄ verificatę: insup gradum lōgitudinis alicuius stellę fixę parum aut nihil ab ecliptica recedentis quę motum lunę pꝛoxime pꝛecędit sub

sequiturue. Deinde quere motus lunę eiusdemq; fixi syderis interstitiū vel segmentū. Interstitio itaq; hoc inuēto applica radiū hunc visoriū seu baculū extremitate vna: que .f. signū tenet oclo (altero clauso) moueat pinnacidium volubile sup radiū donec p terminū vnum eiusdē pinnacidij intueat centrū corpis lunę\p terminū vero alterum dicta stella: cuius & lunę interstitiū supputasti. distantiā igit lunę & stellę fixę p loco tuę cōsiderationis in gradib⁹ & minutis pinnacidiū ipm patefacit: quo pacto/recollige distantiā lunę & stellę fixę prius supputatā/deme igit minorem de maiori residuabis differētiā vltimā quę diuersitas aspectuū iure dici potest que quidē diuisa per motū lunæ in vna hora/pdibit tps quo luna cum predicta stella cōiungitur aut cōiuncta fuerat: Rursus/tps sic elicitum in gradus & gra: minuta cōuertito vt s docuim⁹ in obseruatiōe ecliptica. Postremo adde aut subtrahe numerū graduū & minutorū iam productū ad meridianū ad quē tabulę (ex quibus lunę motū cōputasti) sunt verificatæ. Ut si intercapedo lunę & stellę fixę tuę cōsideratiōs fuerit minor adde gradus & minuta ad meridianū notū: hoc est ad longitudinem notā/& locus tuę cōsideratiōis erit orietalior. Si vero maior/auffer gradus & minuta a lōgitudine nota. hoc est. a meridiano ad quē tabulę sunt verificatę/& erit occidētalior locus tuę cōsiderationis.

Sequuntur aliquorū fixorū siderū vera in Zodiaco loca quę parū aut nihil a solis orbita recedūt cū magnitudinib⁹ eorū dez rectificata p Petrū Apianū ad annū Christi. 1 5 2 5 cpletū.

★ 14 ♉ Aldebarā. i. oculus seu cor Tauri. ♊ 2. gra. 57. mi. Mag: 1
★ 30 ♉ Extremitas sep. lateris ante: pleiadū ♉. 22. gra. 27. mi. Ma: 5.
★ 1 ♋ Presepe quę est in pectore Cancri ♌. 0. g. 37. mi. Nebulosa.
★ 2 ♋ Istarū septētrionalis habet gra. ♋. 27. mi. 57. Mag. 4.
★ 3 ♋ Septētrionalis asellus. ♌. 0. gra. 37. mi. Mag. 4.
★ 4 ♋ Declinior harū duarum ad Meri. ♌ 1. gra. 37. mi. Mag. 4.
★ 8 ♌ Regulus seu cor Leonis q̄ & Basilisc⁹ dicit ♎ 22. gra. Mag. 1
★ 14 ♍ Arista seu Spica virginis ♎. 16. gra. 57. mi. Mag: 1.
★ 1 ♎ Luminosior lancis Meri: ♏. 8. gra. 17. mi. Mag. 2.
★ 8 ♏ Cor Scorpij & dicit Cabalatrab ♐. 2. gra. 57. mi. Mag. 2.
★ 4 ♐ Decli. duarū ab arcu in latere sep. ab arcu ad me. ♐. 29. 17 M. 3
★ 23 ♑ In radice caudę & dr denebalchedi. ♒. 15. gra. 7. mi. Mag. 3.
★ 24 ♒ Et est scda stella post effusionē. ♓. 5. gra. 7. mi. Mag. 4.
★ 20 ♓ Et est ancedēs sup nodū torcularī sep. ♈. 20. g. 47. mi. Ma. 4.



De partibus mensurae seu Speciebus Geometriae practicae. Caput vndecimum.

MEnsura est longitudo finita: quae ignotam locorum distantiam sensibili experimento mensurat. Cuius ptes seu famose quantitates/quibus Geometer vtitur sunt Granum hordei/Digit⁹/Vntia/ Palmus/Dichas/Spithames Pes/Sesquipes/Gradus/ Passus simplex/Passus duplex quē Geometricum appellare libuit/Cubitus seu vlna/Pertica quem plures radium vocant/Stadiū/Leuca/Miliare italicum/Miliare germanicum. rc.

¶ Granum igitur hordei est minima mensura.

¶ Digitus habet.	4.	Grana perlata cõtiguatim disposita.
¶ Uncia habet.	3.	digitos.
¶ Palmus habet.	4.	digitos.
¶ Dichas habet.	2.	palmos.
¶ Spithames habet.	3.	palmos.
¶ Pes habet.	4.	palmos.
¶ Sesquipes habet.	6.	palmos.
¶ Gradus habet.	2.	pedes.
¶ Passus simplex habet.	2.	pedes cum dimidio.
¶ Passus geometric⁹ quo vtitur Cosmimetra habz. 5. pedes.		
¶ Pertica habet.	10.	pedes.
¶ Cubitus habet.	6.	palmos.
¶ Stadium habet.	125.	passus.
¶ Leuca habet.	1500.	passus.
¶ Miliare Italicum hz.	1000.	passus.
¶ Miliare Itali: habet.	8.	stadia.
¶ Miliare Germa: pẽ.	4000	passus.
¶ Miliare Ger: magnũ.	5000.	passus.
¶ Miliare Ger: cõmũe.	32.	stadia.

¶ Latini mensurant terrestre spacium per miliaria. Greci per Stadia. Franci alias Galli atqz Hispani p Leucas. Aegiptũ p Signes. Perse p Asangas. Et secundum aliquos. 480. stadia vni gradui equinoctialis correspondent. Que 15. Miliaria Germana aut 60. Italica mensurãt. Galli siue Franci. 25. Leucas vni gradui tribuerunt. Hispani vero Leucas. 18.

E

Dimensio manualis.

Digitus/Vntia/Palmus/Dichas/Spithames/Pes/



Dimensio pedalis



Gradus. Passus simplex. Passus geomtricus.

Qualiter ipsius terrae ambitus accipiatur. Caput Duodecimum.

TOtius terrae ambitus 360. gradus (quemadmodum sphęrę circuli) continere dicitur/et vni gradui 60 miliaria Italica: aut 15 alemanica cõmunia: aut Sueuica 12 respondere compertum habemus. Si igitur terrę ambitum nascere anhelas multiplica 360 gradus terrę scz peripheriam per 60 offendes miliaria Italica 21600 per 15 nascuntur 5400. miliaria Germana cõmunia: aut/si 360 in 12 duxeris proueniunt 4320 Sueuica. Tot enim miliaria Alemanica/Sueuica/aut Itala circuitus terrę certissimis mathematicorum demonstrationibus continere probatur. Habito terrę ambitu: si quis eius dyametrum (quę quidem est linea recta p

centrum eius ex vtraqȝ parte ad circumferentiam eiecta) quanta sit: scire desiderat facile id per regulam dymetientis inueniet multiplicando scȝ circũferentiam per 7 diuidendo productũ per 22 nascitur in quotiente dyametri numerus. Habet igitur supputatione solerti facta Dyameter terrę 7872 $\frac{3}{11}$. miliaria Itala/Germa 1718 $\frac{2}{11}$ Suevica vero 1374 $\frac{6}{11}$.



De distantijs Locorum inueniendis. Caput Tredecimum.

VOlens duorum locorum itinerariũ interuallum dimetiri imprimis apud Claudium Ptholo: vel in sequenti abaco regionũ datorũ locorum perquirat longitudinis gradus qui mox nomen isti⁹ loci in directo sequuntur cum suis fractis: dehinc latitudinis cum suis fractis pariter. Si autem datorum locorum nomina in abaco minime reperiũtur reducendę sunt ad scripta loca que in vicinijs iacent/tanqȝ primaria: quia pauxillũ interuallũ nullam defferentiam notatu dignam importat. Habitis igitur longitudinibus et latitudinibus locorum contuendũ erit ad differẽtiam longitudinis et latitudinis. Quędam enĩ differunt sola longitudine/quędam sola latitudine/quędam vero longitudine et latitudine simul. ¶ Quę igitur

discrepant in latitudine solum et eorum miliariam distantiam scire desi- deras: subtrahe latitudinē vnius a latitudine alterius residuabitur diffe- rentia latitudinis: Hanc multiplica p 15 miliaria Germana vel 60 Ita- lica et apparebit duorū locorū distantia. ¶ In exemplo facilius forsitan accipies. Lyptzigum ciuitas Misnię vniuersali studio famatissima mihi quōdam ingenij artibus dulcis alumna tenet in longitudine gra: 29. mi: 58 in latitudine gra: 51 mi: 4. Brixia vero Tyrolensiū ciuitas ad Athe- sim flu: habet in long: gra: 30 mi: 0 in lati: gr: 46 mi: 6. Istę ciuitates in lōgitudine ęquant̄ duo em̄ mi: dr̄e longitudinis nihil erroris inducunt. Differunt tm̄ in latitudine. Quere igitur differentiā latitudinis demēdo sc3 minorem latitu: de maiori restat dr̄a latitu: gra: 5 mi: 8 quam multi- plica per 15/ pdeunt 77. miliaria Germana vl' per 60 eliciuntur 108 mi- liaria Itala.

Quae longitudine tantum discrepant.

¶ Sin aūt longitudine tantum differunt et iustā viatoriam elongationē scire desideras intra cū numero graduū latitudinis siue eleuationis poli oblatorū oppidorum tabulam subiectam numeralem: et in prima linea quere diligenter gradum latitudinis eorundem et e directo inuenies mi- liaria Germana cum mi: vni gradui differentię longitudinis responden- tia. Hanc igitur dr̄am multiplica p miliaria inuenta/habebis oppido- rum distantiam in Germanicis miliaribus/Si aūt habere desideras Ita- lica milia: multiplica illud per 4 et optato potieris.

Gratia Exempli.

¶ Vienna pannonię Metropolis totius Austrię quōdam mihi dulcis alumna continet in longi: gra: 35 mi: 8. In lati: gra: 48 mi: 22. Vlma aūt Rhetię ciuitas habet long: gra: 27. mi: 30. latitu: gra: 48 min: 22. Equidem istę ciuitates in long: dūtaxat differunt. Subtrahe igitur mi norem de maiori relinquitur dr̄a long: gra: 7 minu: 38. Nunc ingredere tabulam sequentem numeralem duplici introitu (quia minuta latitudi: in tabula non sunt expressa) hoc modo. Primo cū gradibus integris sc3 48. et reperies miliaria 10 mi: 2 vni sc3 gradui dr̄ę long: correspondere. Deinde iterū ingredere tabulam cum 49 gra: et conferas 10 mili: 2 mi: ad numerum miliarium et minutorum scd̄o inuentum .s. 9 mili: 50 mi: et de dr̄a: quę est 12 minutorum accipies partē pportionalem scd̄m pro portionē 38 mi: ad 60. Dicendo 60 dant 38 quot dant 12 facit 7 minuta.

(residuum autem sc3 36 abũciendum erit) quę erunt subtrahenda a 10. miliari: 2 minut: remanent 9 miliaria 55 minuta. Postea multiplica gradus 7 minuta 38 differentię longitudinis in 9 miliaria 55 minuta resultant miliaria germana 75 minuta 41 secunda 50 distantia vera ciuitatum secundum viam directam.

¶ Sequitur tabula numeralis continens gradus longitudinis extra aequinoctialem in miliaria cõuersos.

Gradus latit.	Miliaria.	Minuta.	Gradus latitu	Miliaria.	Minuta.	Gradus latit.	Miliaria.	Minuta.	Gradus latitu	Miliaria.	Minuta.	Gradus latit.	Miliaria Ger	Minuta.
1	14	59	19	14	11	37	11	59	55	8	36	73	4	23
2	14	59	2	14	6	38	11	49	56	8	23	74	4	8
3	14	58	21	14	0	39	11	39	57	8	10	75	3	51
4	14	58	22	13	54	40	11	29	58	7	57	76	3	38
5	14	56	23	13	48	41	11	19	59	7	43	77	3	22
6	14	55	24	13	42	42	11	9	60	7	30	78	3	7
7	14	53	25	13	36	43	10	58	61	7	16	79	2	52
8	14	51	26	13	29	44	10	47	62	7	2	80	2	36
9	14	47	27	13	22	45	10	36	63	6	48	81	2	21
10	14	46	28	13	15	46	10	25	64	6	34	82	2	5
11	14	43	29	13	7	47	10	14	65	6	20	83	1	50
12	14	40	30	12	59	48	10	2	66	6	6	84	1	34
13	14	37	31	12	52	89	9	50	67	5	52	85	1	18
14	14	33	32	12	43	50	9	38	68	5	37	86	1	3
15	14	29	33	12	35	51	9	27	69	5	16	87	0	47
16	14	25	34	12	26	52	9	14	70	5	8	88	0	31
17	14	21	35	12	17	53	9	2	71	4	53	89	0	16
18	14	16	36	12	8	54	8 8	50	72	4	8	90	0	0

Aliter idem reperire via Geometrica ne omnino arithmetices Tyro absterretur.

¶ Quod si duarum ciuitatum locorumue longitudine et latitudine aberrantes quidem facilius Geometrica mensuratione ex stadiasmo metiri optaueris. Accipe globum Geographicum aut quemcumqꝫ alium et vnius loci latitudinem ab equinoctiali polum versus in meridiano mobili computaueris/qua nunc explorata circũuolue globũ donec iste gradus equinoctialis: qui longitudinis gradũ in presentiarũ tenet directe sit sub isto meridiano mobili. Postea fac signaturam in globo circa latitudinis gradum que situm dicti oppidi manifestum reddit. Idem modus erit inueniendi situm alterius oppidi et pari lege in omnibus oppidis te expedies. Post hec extende circinum secundum locorum intercapedinem: circino inuariato trãsfer ipm super equatorem et quot ibi gradus intra pedes circini cõputaueris tot erũt grad⁹ circuli magni inter iam dicta loca. Hos itaqꝫ gradus multiplica per 480 stadia et locorum stadiasmus in promptu erit. Vel per 15 emergit distantia in alemanicis miliaribus. vel per 60 et Itala miliaria eliciuntur.

In Exemplo lucidius capies:

¶ Sint pro clariore intellectu duo loca quorũ distantiam ſm viam directam geometrica subtilitate scire desidero. Erfordia scꝫ et Compistella Erfordia Thuringie ciuitas magna florentissimo vniuersali studio celebris habet in lon: gra: 28.30 in lati: 51. 10. Compistella vero ciuitas Gallitie regni Tarraconensis Hispanie ad quẽ fiũt peregrinatiões frequentissime ꝑpter corpus S Jacobi habet in longi: 5. 8 in lati: 44. 13. Quibus in globo positis scḋm doctrinam precedẽtem inuenio intra pedes circini gr: 17. mi: 12. Qꝫ si illos gradus et mi: multiplicauero p 15 ꝓuoco miliaria germanica. 258. viatoria scꝫ elõgatio inter iã dicta oppida. Porro illũ modũ pp illos presertim qui in arithmeticis principiis non satis aut modice fuerint instructi hoc in loco adijcere non incõgruũ videbatur.

Qualiter aūt itineraria intercapedo duorum oppidorum longitudine et latitudine differentiū enucleatius ac verius arithmetica supputatione auscultanda sit impresentiarum docebimus.

¶ Differētia igitur latitudinis cōprehensa: in duas partes equas eam eā dispesce: quarum vna latitudini minori vnius oppidi addatur. Numerus quidem hac operatione elicitus latitudo media dicitur. Deinde cum latitudine media ingredere tabulā seqnentem numeralem et quere latitudinem mediam in prima linea que latitudo intitulatur/ atq; sume directe in latere dextro numerum graduum/minutorum et secundorum. Numerum elicitum multiplica in longitudinis differentiam et emerget numerus gra: minu: et secundorū rc. correspondens gradibus differētie longitudinis extra equinoctialem: et vocetur differentia conuersa. Hoc peracto quamlibet dīam latitudinis sc; et cōuersam in se multiplica. Dehinc numeros procreatos in vnam sumam collige/cui⁹ radix quadrata conuertitur in miliaria aut Germana aut Itala.

Haec res eget phisica multiplicatione que fit hoc pacto.

¶ Nam si multiplicaueris gra: per gra: prouenīunt gradus.
¶ Si gradus per minuta proue: minuta.
¶ Si gradus per secunda proue: secunda.
¶ Si gradus per tertia proue: tertia.
¶ Si minuta per minuta proue: secunda.
¶ Si minuta per secundum proue: tertia.
¶ Si minuta per tertia proue: quarta.
¶ Si secunda per secunda proue: quarta.
¶ Si miliaria per gradus proue: miliaria.
¶ Si miliaria per minuta gradus proue: minu: milia.
¶ Si minu: milia: per gradus proue: minu: mili.
¶ Si minu: mili: per minu: gra: proue: secunda mili.

¶ Post istam aūt multiplicationem debet fieri collectio: phisica ratiōe per sexagenarium similiter distributio per totidem: Hoc modo. Primo integra: similia sub similibus integris collocentur. Et similes minutie sub

similibus: vnius eiusdemq3 denominatiõis minutijs: quibusdam spacio lis distincte. Deinde potest fieri collectio similiter et distributio/vulgari ratiõe. Item Minutie graduũ et miliarium sunt minuta/secunda/tertia quarta/quinta rc.

¶ In Exemplo forsitã lucidius rem ipsam expediam. Obijcio igitur mihi d.10 loca in partibus Europeis/que lõgitudine et latitudine distrepãt et eorum viatoriam elongationem solerti supputatione manifestam reddere volo. Sint ergo ista loca Ingolstad iũm r Constantinopolis. Constantinopolis oppidum Thratie sedes quondã Cesarea Rhomani imperij. Nunc autẽ Turci nephandissimi asylum tenet (Pto: teste) in lõgitudine gradus 56. mi: o Et in latitudine gra: 43 mi: 5. Ingolstadium vero superioris Boiarie seu Vindelicie oppidũ studio vniuersali multũ decoratũ hab3 in lõgitudine gra: 29 mi: 6. in latitu: gra: 48 mi: 42 Differentia longitudinis est gra: 26. mi 54. latitudinum vero differentia est gra: 5 minu: 37. Jam medietatem differentie latitudinis sc3 gradus 2. minuta 48. Constantinopolitane latitudini tanquam minori addo: et colligo gradus 45 minuta 53. et latitudo media dicitur: cum qua intro tabulam sequentem duplici (vt assolet) introitu. Primo cum gradib⁹ 45 minutis3 o et offendo in dextro latere minuta 42. secunda 10. quod dicit primum inuentum. Secundo ingredior tabulam cum numero graduum proximo maiori sc3 46 gradibus et inuenio minuta 41. secunda 40. Secundum inuentum. Nunc aũt elitio differentiam inter Primum et Secundum inuenta: illaq3 erit 30 secundorum de qua accipio partem proportionalem secundum pportionem residui latitudinis medie 23. sc3 minutorum ad 30 minuta: dicendo/30 minuta dant 23 minuta quot dant 30. secunda. facit 23 secunda. Jam demo 23 secunda a primo inuento et relinquitur inuentum tertium minutorum sc3 41. secundorum 47 equatoris vni gradui lõgitudinis in parallelo latitudinis medie correspondentia. Post hec duco inuentum Tertium. (phisica ratione) in longitudinis differentiam que est graduũ 26 minut: 45 proueniunt gradus 18 minuta 44. differentia sc3 Conuersa/secunda vero et tertia quasi nulli⁹ momenti iam vltimo delenda sunt. Nunc aũt: vt semel finiam: resoluo differentiam latitudinis in mi: proueniunt mi: 3 3 7. que duco in se r pcreo 113569. et dicitur primus quadratus. Consimiliter differentiam longitudinis Conuersam in mi: resoluo/eruntq3 mi: 112 4/quem numerum

consimiliter duco in se producitur quadratus secundus .s. 126337 6. Jungo ambo quadrata et habeo 137694 5 hui9 numeri radix quadrata est fere 1173 mi: Quę tandem multiplico per 15 milia: ꝛ proueniūt minuta in miliaribus 17595 quę diuido p 60 eliciuntur miliaria Germa: cōmunia 293 minu: 15 quę faciunt quartam vnius. Vel aliter/diuide minuta radicis per 4 ꝓuenit idem / quia semper 4 mi: gradus faciūt vnū miliare Germa: vel .1. mi: gradus facit 1 milia: Jtalicum.

¶ Non absurdum arbitramur hoc in loco practicae formulam huius exempli subijcere.

¶ Constantinopolis habꝫ gra: longitudinis 56. o latitudinis 43. 5
¶ Jngolstadium in longitudine 29.6 in latitudine 48.42.
¶ Differentia longitudinis grad: 26. 54.
¶ Differentia latitudinis grad: 5 . 37.
¶ Medietas differentię lati: gra: 2 . 48.
¶ Latitudo Media grad. 45 . 53.
¶ Jnuentum primum minut: 42 secund: 10.
¶ Jnuentum secundum minut: 41 secund: 40.
¶ Differentia primi et secundi inuentorum 30 secundorum.
¶ Pars proportionalis subtrahenda 23 secundorum.
¶ Jnuentum Tertium minu: 41 secund: 47.
¶ Differentia conuersa in gra : ęquatoris gra. 81 mi. 44.
¶ Minuta differentię latitudinis 337.
¶ Quadratus eiusdem. 113569.
¶ Minuta differentię Conuersę 1124.
¶ Quadratus eiusdem. 1263376.
¶ Numeri quadrati simul iuncti 1376945.
¶ Radix quadrata aggregata ē fere : 1173 mi. ft gra. 19.33.
¶ Miliarium minuta. 17595.
¶ Minuta ad integra mili. reducta Ger. 293 milia: 15 mi.

¶ Tabula de Ratiōibus seu proportionibus oīm parallelorū ad aequinoctialē vel ad quemuis maximū circulū quae alias tabula conuersionū gradus extra aequinoctialem in gradus aequinoctialis inscribitur.

Gra: lati:	Minu: lati:	Mi: Aeq:	Scda Aeq:	Differentia
0	30	59	59	0
1	0	59	59	1
1	30	59	58	1
2	0	59	57	1
2	30	59	56	1
3	0	59	55	2
3	30	59	53	2
4	0	59	51	2
4	30	59	48	2
5	0	59	43	3
5	30	59	43	3
6	0	59	46	3
6	30	59	36	3
7	0	59	33	4
7	30	56	29	4
8	0	59	24	4
8	30	59	20	5
9	0	59	15	5
9	30	59	10	5
10	0	59	5	6
10	30	58	59	6
11	0	58	53	6
11	30	58	47	6
12	0	58	41	7
12	30	58	34	7
13	0	58	27	7
13	30	58	20	7
14	0	58	13	8
14	30	58	5	8
15	0	57	57	8
15	30	57	49	9

Gra: lati:	Mi: lati:	Mi: Aeq:	Scda equi	Differentia
16	0	57	40	9
16	30	57	31	9
17	0	57	22	9
17	30	57	13	10
18	0	57	3	10
18	30	56	53	10
19	0	56	43	10
19	30	56	33	11
20	0	56	22	11
20	30	56	11	11
21	0	56	0	11
21	30	55	49	12
22	0	55	37	12
22	30	55	25	12
23	0	55	13	12
23	30	55	1	13
24	0	54	48	13
24	30	54	35	13
25	0	54	22	13
25	30	54	9	14
26	0	53	55	14
26	30	53	41	14
27	0	53	27	14
27	30	53	13	15
28	0	52	58	15
28	30	52	43	15
29	9	52	28	15
29	30	52	13	16
30	0	51	57	16
30	30	51	41	16

Gra: lati:	Mi: lati:	Mi: equi:	Scda equi	Differentia
31	0	51	25	16
31	30	51	9	17
32	0	50	52	17
32	30	50	36	17
33	0	50	19	17
33	30	50	1	18
34	0	49	44	18
34	30	49	26	18
35	0	49	8	18
35	30	48	50	18
36	0	48	32	18
36	30	48	13	18
37	0	47	55	19
37	30	47	36	19
38	0	47	16	19
38	30	46	57	20
39	0	46	37	20
39	30	46	17	20
40	0	45	57	20
40	30	45	37	21
41	0	45	16	21
41	30	44	56	21
42	0	44	35	21
42	30	44	14	22
43	0	43	52	22
43	30	43	31	22
44	0	43	9	22
44	30	42	47	22
45	0	42	25	24
45	30	42	3	22

¶ Complementum praemisse tabulae conversionum.

Gra: latitu:	Mi: latitu:	Mi: equi:	Secda equi:	Differentia	Gra: latitu:	Mi: latitu:	Mi: equi:	Secda equi:	Differentia	Gra: latitu:	Mi: latitu:	Mi: equi:	Secda equi:	Differentia
46	0	41	40	23	61	0	29	5	28	76	0	14	30	30
46	30	41	18	23	61	30	28	37	28	76	30	14	0	31
47	0	40	55	23	62	0	28	10	28	77	0	13	29	31
47	30	40	32	23	62	30	27	42	28	77	30	12	59	31
48	0	40	8	23	63	0	27	14	28	78	0	12	28	31
48	30	40	45	24	63	30	26	46	28	78	30	11	57	31
49	0	39	21	24	64	0	26	18	28	79	0	11	26	31
49	30	38	58	24	64	30	25	49	28	79	30	10	56	31
50	0	38	34	24	65	0	25	21	29	80	0	10	25	31
50	30	38	9	24	65	30	24	52	29	80	30	9	54	31
51	0	37	45	24	66	0	24	24	29	81	0	9	23	31
51	30	37	21	25	66	30	23	55	29	81	30	8	52	31
52	0	36	56	25	67	0	23	26	29	82	0	8	21	31
52	30	36	31	25	67	30	22	57	29	82	30	7	49	31
53	0	36	6	25	68	0	22	28	29	83	0	7	18	31
53	30	35	41	25	68	30	21	59	29	83	30	6	47	31
54	0	35	16	26	69	0	21	30	29	84	0	6	16	31
54	30	34	50	26	69	30	21	0	29	84	30	5	45	31
55	0	34	24	26	70	0	20	31	29	85	0	5	13	31
55	30	33	59	26	70	30	20	1	30	85	30	4	42	31
56	0	33	33	26	71	0	19	32	30	86	0	4	11	31
56	30	33	6	26	71	30	19	2	30	86	30	3	39	31
57	0	32	40	26	72	0	18	32	30	87	0	3	8	31
57	30	32	14	27	72	30	18	2	30	87	30	2	37	31
58	0	31	47	27	73	0	17	32	30	88	0	2	5	31
58	30	31	21	27	73	30	17	2	30	88	30	1	34	31
59	0	30	54	27	74	0	16	32	30	89	0	1	2	31
59	30	30	27	27	74	30	16	2	30	89	30	0	31	31
60	0	30	0	27	75	0	15	31	30	09	30	0	0	31
60	30	29	32	27	75	30	15	1	30	0	0	0	0	31

Idem aliter per tabulas Sinuum.

¶ Qua autem via locorum viatorias distantias per tabulas Sinuum faciliori computo dignoscere possis: Candide Lector/paucis prelibatis cognosces. Compluries.n.nostri temporis reperiuntur homines: qui Arithmeticam: mathematice discipline principium: matrem atqz radicem abhorent et detestantur et surda aure/vt Syrenas pertranseunt: Quapropter hij homines nullo fundo muniti huius artis aciē haud facile pertingere aut nancisci possunt. Vt autē omnia eruditis et in mathematica mediocriter exercitatis essent apertissima hunc modum addere proposuimus. ¶ Datis duorum locorum aut oppidorum longitudinibus et latitudinibus /eorum differentiam in longitudine elicias. Qua habita multiplica Sinum rectū differentie longitudinis in Sinum complementi latitudinis minoris. Dehinc procreatos ex multiplicatiōe numeros diuide per Sinum totum: quotiētis quere arcum scōm doctrinam tabularum habebis Inuentum primum. Si vero multiplicaueris Sinum latit: minoris per Sinum totum: z productum diuiseris per Sinum complementi primi inuenti: et arcu quotientis ex latitudine maiori sublato resultat inuentum secundum. Preterea duc Sinum complemēti primi inuenti in Sinum complemēti secundi inuēti/numerum productū diuide per Sinum totum/quotiētis arcum de quadrante subtrahito/remanent tandem gradus maximi circuli/quos resolue in miliaria emergit eorum locorum viatoria elongatio/quam oportuit inuenire.

Huiuscemodi formulae hanc exemplarem sume computationem.

¶ Hierosolima palestinae Iudaee ciuitas/ Vbi passus est Jesus Christus saluator noster in lōgitudine habet (vt pto: asserit)gradus 66. o in latitudine aūt gra: 31. 40. Nurenberga vero ciuitas Germanie famatissima in longitudine continet gra: 28. 20 et in latitudine gra: 49. 24. Subtraho igitur longitudinem minorem a maiori et residuo distantiam gra: 37. mi: 40 istorum Sinus /est 36664. Similiter pone lati: minorem.s.gradus 31 mi: 40 cuius Sinus est 31498. Consimiliter complementum eiusdem cum Sinubus gra: 58. 20 .Sinus vero 51067. His habitis multiplico Sinū differentie longitudinis in Sinū

complementi latitudinis minoris et procreo 1872320488 numerus ille diuisus per Sinum totū scʒ 60000 colligitur in quotiente Sinus .s. 31205 cuius arcus grad: 31 mi: 20 quod primum inuentum appellari libuit. Deinde duco Sinum latitudinis minoris scʒ 31498 in Sinū totum resultet 1889880000 siqʒ illud productū diuisero per Sinū complementi inuenti primi scʒ 51249 comperio 36876 cuius arcus ē gradu: 37 mi: 55 quem de lati: maiori demo/remanet inuentum secundum gra: 11 mi: 29. Post hec multiplico Sinum complementi primi inuenti/ et Sinum complementi secundi inuenti/crescit 3013338702 quem si diuisero per Sinum totum elicitur numerus 50222/arcum eiusdem scʒ gradus 56 mi: 50 de quadrante demo residuabo numerum ppe gra: 33 minu: 10 quem reduco in miliaria proueniunt miliaria Germana 497. cū dimidio inter Nurenbergam et Hierusalem: q inuenire decreueram.

Ocularis operatio huius Exempli.

¶ Hierosolima 66. 0/31 40.
¶ Nurenberga 28. 20 / 49. 24.
¶ Differentia longitudinis 37. 40. Sinus. 36664.
¶ Latitudo minor 31. 40. Sinus. 31498.
¶ Complementum eiusdem 58. 20. Sinus. 51067.
¶ Primum inuentum 31. 20.
¶ Complementum eiusdem 58. 40: Sinus. 51249.
¶ Latitudo Maior 49. 24.
¶ Inuentum Secundum 11. 29.
¶ Complementum eiusdem 78. 31 Sinus. 58798.
¶ Arcus inuent9. s.g: 56. 50 d quadrante manēt 33 gra: 10 mi: Miliaria Germana facit 497 $\frac{1}{2}$.

Quomodo Globus Cosmographic9 ad mūdi cardīes: z ad quācūqʒ regionē: prouinciā aut oppidū recte sit aptand9. Caput decimumquartum.

Considerandum igitur qd terra: in mundi medio existēs/scdm cęli motū partitur in quattuor partes: quas aut cardines aut angulos appellamus scz ortum/ occasum/ meridiem ꝛ Septentrionē. Oriens dicitur vnde sol in in horizonte exortiuo primum emergit. Occidens vero quo demergitur. Quacꝫ decurrit Meridies/ab aduersa parte Septētrio. Isti quidem quattuor anguli in alueo seu armilla horizontis globi sęmper debēt esse scripti. His pręlibatis ad verum orbis situm destendamus. Imprimis igitur dedalico ligno adaptabis aream acuratius planatā ęquidistantem horizōti: in qua constituas lineam meridianam/super quam pone alueum orbis/ Ita/ꝙ vera superficies meridiani mobilis directe correspōdeat lineę meridianę. Vel aliter/applica organum viatorium (ꝙ vulgo Compassus dicitur) Meridiano mobili/alueum cum globo huc et illuc voluēdo donec lingulę seu furcellę concordant/et habebis cęli et terrę cardines siue angulos iuste positos. Deinde: alueo stante/subleua armillam meridianam cum puncto (qui polus arcticus dicitur) axem terminantē in parte Septentrionali supra horizontem /donec numerus graduum eleuationis poli siue latitudinis terrę in arcu inter polum et horizontem conclușo cernitur. Postea moue globum huc et illuc quousqꝫ regio aut locus tuę habitatiōis cadat subtus veram armillę meridiei superficiem. Et sic habebis globum iuste positū pro tua habitatiōe. Post hęc sigillatim omnia contuere scz cardines ꝛ alias terrę diuisiones/puta Climata/parallelos/quid infra/quidue supra horizonta cōtinetur/quę inquam regiões in Orientis parte sunt/quę in Occidente/vbi terra solida procedit/ vbi se coarctat/vbi se iterum in latitudinem effundit/vbi pelagus immittit vbi rursus littora expandit ꝛ ab equoribus excipitur/vbi mōtes exurgūt vbi staturigines fluminū euomant et id genus alia vnico quasi momēto tanquam in aere volans perlustrare et discere queas.


Huius doctrinae sequitur Formula.

Cenith


Mobilis
Meridianus
ASIA
AFRICA
Nilus
Taprobana
Horizon
Occidens
Oriens
6
5
4
3
2
1

Pro inuentione lineae meridia-nae sequuntur tres modi.

Quemadmodum Meridiana linea vulgari in-uentione ducenda sit paucissimis verbis demonstrabo. Fac igitur (officio fabrorum ꝛ lapicidarum regula: quę amussis dicitur) superficiem planā atqꝫ politam ad ęquidistantiam horizontis in qua fige stilum ferreū orthogonaliter in c signo. Deinde ante meridiem (soli radianti) obserua vmbrę stili ferri extremitatem: ibi notetur. a / super quam ex. c centro expande circinum et describe portionem circuli vel semicirculum. Post meridiem iterum diligenter obserua vmbrę stili extremitatem: quę ad eandem circuli peripheriam deficiat in puncto. b. Portio itaqꝫ arcus inter. a .b .puncta in duas partes ęquales diuidatur in puncto .d. Tandem acta linea .d .c .e .quantumcunqꝫ habebis lineam meridianam / quam ducere decreueras. vt euidentissime patet in figura sequenti.




Idem aliter per organum speciale.


¶ Per instrumentum azimutale huic libello insertum meridianam lineam in quauis habitatione omni diei hora facile discernes si prius partilem instrumenti declarationem diligenter perspexeris. Est itaqꝫ hoc instrumentū diuisum in duo scꝫ inferiꝰ ꝛ superius hemisphęria per lineam videlicꝫ orizontalem: quę quidem linea breuibus quibusdam distincta spaciolis: quorum singula a centro vsqꝫ ad 65 gradum vnum

tantum gradum/reliqua vero: in vtraqꝫ parte vsqꝫ ad limbū exteriorem quinos gradus repręsentant/et horizontis diuisionem definiunt. Huiusmodi inqꝫ diuisiōis numerū oportune de decem in decē subnotaui. Porro/a singulis denarijs ascendūt lineę curuę concursum in zenith petētes: hę quidem lineę azimuth denosqꝫ eorū gradus in superiori hemisphęrio distinguunt. Centrum quidem instrumenti tenet locum orientis et occidentis/extremitates vero circa limbos meridiem ⁊ septentrionem. Huic tandem instrumento adiacent duę scalę exiguę ab extremitatib⁹ horizontis dyametri ascendētes/quas altitudinis scalas haut temere quispiā appellauerit/quarum vnaquęqꝫ 90 gradus cōtinet. ¶ Sunt aūt azimuth circuli exeuntes a polo horizontis (quē zenith vocant) per horizontem: et sunt circuli positionis verticales et directiōis: qui germana nr̄a lingua possunt dici wubinauß. ¶ Zenith siue Vertex est punctū directe sup̄ caput alicui⁹. Hacten⁹ ea quę ad partilē declarationē ꝑtinent absoluim⁹: nūc fœlici syderū radiatione de Cōmoditate ⁊ vsu eius periclitari lubet.

Vsus. ¶ Obserua diligenter Solis altitudinē per primā Noni/et per quintā eiusdem horā æquinoctialem pro die oblato et tp̄is eodem momento in quo meridianam lineā duceris velis. Filo sic libere dependente trigonoqꝫ inuariato manente siste pedem circini in pūctum trigoni cui filum perpendiculi innectitur/et alio extento in notam intersectiōis perpendiculi et lineę ęquidistantis signi aut gradus solis pro dato die: hoc est: in punctum horę iam inuentę: et eam circini extensionē immotam serua. Deinde ingredere sequens instrumentū et supputa altitudinem solis per ꝓpositionem primam Noni inuentā in scalis altitudinum et imprime notas: quibus cordam subtilem/regulamentū aut occultam lineam super extendito. In punctum igitur limbi et cordę attactus in pte dextra pes vnus circini immittatur/Et circino inuariato describe circulum occultum versus sinistram vsqꝫ ad cōtactum cordę aut regulę: ibiqꝫ pinge notam: mox enī illa inter circulos verticales seu azimuthales optatum azimuth indicabit. Habito gradu verticali seu azimuthali accipe asserē ęqualis superficiei ⁊ politę quadratā: cuius singula latera in duas ęquas partes diuidito. Sint itaqꝫ diuisionis notę a b c d: et a b . b c rectis connectantur lineis quę se inuicem dispescunt in e signo ad rectos angulos: erit itaqꝫ signum orientis c occidentis a/b meridiei/d vero septentrionis. Deinde distensis circini pedibus ex e centro quantumuis describe circulum qui orthogonali linearum sectione in quattuor quadrantes secetur. Easdem deniqꝫ quartas diuide more astronomico in partes seu

Superius. Cenith: hemisphaerium.






Scala altitudinis.

Scala altitudinis.


Inferius hemisphaerium.



gradus 90. Postea in e. Centro fige stilum teretem orthogonaliter. Tandem ad equidistantiam horizontis coaptabis aream planam quam super pone quadratum illud / ita vt b punctum versus meridiem d vero Septentrionem versus porrigatur. Post hec verifica quadratum donec vmbra stili super gradum verticalem prius ex radijs solaribus obseruatum coincidat. Et latus a assumitur pro vera linea meridiana. Cui igitur adiungatur regulamentũ et agatur linea infinite longitudinis: qđ oportebat inuenire.



¶ Sequitur alia et iusta linee meridiane inuentio: que eandẽ interdiu et noctu per organum viatorium (qđ vulgo Compassus dicitur) et in quouis plano dicto citius in hunc fere modum inuenire docet. Pone igitur super plano normato Compassum ad equidistantiam horizõtis. Ita qđ eius lingula (que magnetis idiotropiã gerit) stigmatice ligule: neutrorsum declinans adunguem conueniat. Cui iam applica regulam: Ita vt vna extremitas regule ad Austrum: altera vero ad Aquilonẽ spectet; et si longitudinis infinitae lineam directam secundum latus regule (vt moris est) traduxeris: habebis lineam meridianam quam querebas. Que res vt clarius intelligatur: accipe figuram sequentem.



De Ventis Caput Decimũ quintum.

Ventus est exalatio Calida ⁊ Sicca in visceribus terrę generata: quę cum egressa lateraliter cira terram mouet et ventus nominatur. Et duodecim eorum sunt: quibus veteres nautę fuerũt vsi nomina. Quorum quattuor cardinales seu principales sunt reliquę omnes collaterales vocitantur. ¶ Primus itaq; ventorum cardinalis est auster Meridionalis calidus et humidus assimilatur aeri/Saguineus/Fulmineus/facit pluuias latissimas/largas nutrit nubes/pestilentiã et ęgritudines multas progẽerat. Auster afric⁹ aereus/egritudines et pluuias facit. Euroauster vero aere⁹/egritudines et nubes prouocat. ¶ Quartus ventorum Septentrionarius /cardinalis/austri oppositus/Frigidus et Siccus/Melancolicus: cõparatur terrę/negat pluuias/cõseruat sanitatẽ/facit frigora arida/flores ⁊ terrę fructus ledit. Aquilo gelidus et Siccus/Terreus/sine pluuia/ledit flores. Circius terreus Frigidus et Siccus/facit ventorum giros/niuium et ventorum coagulationes. ¶ Ab exortu ęquinoctialis Flat Subsolanus/Cardinalis/Igneus/Colericus/Calidus et Siccus/Temperatus /Suauis/purus ⁊ subtilis/nutrit nubes/etiam corpora in sanitate custodit/flores producit. Hellespontius vero solsticialis estiuus omnia desiccat. ¶ Postremo in ęquatoris occasu Fauonius f. et h. Flegmaticus/Frigora relaxat/Flores educit/morbos/pluuias et sonitus tonitruorum facit. Eandem vere collaterales .s. Africus et Chorus naturam habent.

Harum rerum hanc sume figurationem.

Euro Auster Sudost | Meri | Auster Notus Sudwind | dies | Euro Afric Libonotus Sudwest

Ostsuden Eurus Vulturnus

Oriens

Ostwind Apiliotis Subsolanus

Ostnort Kekias Hellespontius



Aphricus Lybs Westnort

Occidens

Fauonius Zephirus Westwind

Chorus Argestis Westsud

Aquilo Boreas Nortost | Septentrionarius Aparktias Nortwind | Circius Traikias Nortwest

Septentrio

De Perioecis: Antoecis: Antipodibus siue Antichbtonibus: Peristijs et anphistijs. Caput Decimumsextum.

OMnis igitur terra quadrifariam diuiditur. Auctores enim puta Cleomedes et alij faciunt sub quolibꝫ meridiano/et ad quemlibet punctum cuiusuis meridiani quattuor habitationes/habentes quandam inter se rationem seu proportionem. Quarum primam nos incolimus/etiam;pro prima habitatiōe potest accipi quilibet locus seu punctus in toto terrarum orbe Alteram habitant illi qui periœci: id est circumcolę appellantur. Tertiam vero habitationem Antœci: id est anticolę possident. Quartam et vltimam regionem seu habitationem homines: quos Antichthones siue Antipodes vocitamus tenent.

¶ Antipodes dicuntur qui nobis e diametro vestigia obuertunt/et simile cęli verticem sęmper ęque vt nos vident. Et cum illis nihil cōmune habemus sed cōtraria omnino: quia cum nobis Sol Aestatē efficit/illos dura hyems opprimit. Et cum apō nos dies habetur/ Antipodib⁹ certe nox efficitur: contra /quando illis dies est: nobis reddit̄ nox. Quañ nos diē agimus longissimū: apud illos nox longissima breuissimaqꝫ dies statuitur. Quos tamen Lactantius Firmianus vir alias in primis eruditus li: 3 ca: 24 pueriliter errās suis stramineis doxijsqꝫ argumentis esse negat deridetqꝫ Mathematicos qui terram(quantū ad maximas sui partes) sphęricam esse dicunt: quod etiam certissimis ostēsionibus et subtilitate geometrica demonstrant/id qō experimentis/qꝫ satis cognitū est. Quem sequut⁹ est Augustinus li: 16 ca. 9 ci: dei sic scribens: Qui vero et Antipodas esse fabulantur: id est: homines a contraria parte vbi sol oritur quā do occidit nobis aduersa pedibus calcare vestigia nulla ratione credendum est. Nō equidē hoc dubites suauissime Lector Qō apostoli Christi inter se fuissent Antipodes: qui conuersis inter se pedibus stare solent: si Jacobus maior frater Joannis Euange: filius Zebedei auram spirasset in Gallitia vbi nunc corpus ipsius(vt dicūt)requiescit/sicut Thomas Apostolus in Jndia superiori. Equidē Jndi (quia dyametrantur fere) Hispanorum sunt antipodes et vestigia Hispanis: et econtra Hispani

Indis obuertunt: et terram ęque calcare solent /quamuis non adeo pręcise secundum dymetientem/tamen hac in re nihil distare videntur: Antipodesqȝ dici debent. Hoc idem verissimus ille Strabo auctor non publicandus affirmat dicens. Antipodes inter se quodāmodo nestij esse nō sumus. De quibus lege Plinium naturalis historię li: secundo capi: 67. Volateranum et omnes fere Geographos.

De Perioecis.

¶ Periœci siue circumcolę dicuntur: qui eodē sub meridiano / eodēqȝ parallelo circulo manent/Cumqȝ illis communia fere omnia habemus: quom eandem simul Zonam incolimus. Et paria nobiscum agunt anni tempora scȝ Hyemem/ Aestatem/ Autumnum et Ver. Pariter dierum noctiumqȝ diuersitates: hoc est: incrementa et decrementa et huiusmodi alia. Hoc tñ discriminis est: ꝙ cum sol nobis diē efficit/apud illos noctem esse ratio ipsa demonstrat. Tamen non eodem temporis momento occidit nobis sol et illis oritur.

De Antoecis.

¶ Antœci siue Anticolę dicuntur: qui in eodem circulo meridiano nostro lateri astant/latitudinem austrinam latitudini nostrę ęqualem/consimiliter ęqualem longitudinem habentes. Qui etiam paria nobiscū tpa agunt/sed non pariter.


De Periscijs.

¶ Periscij dicuntur qui sub polis mundi cōstituti sunt. Ita dicti ratione vmbrę: quia illis molarum more per mediū anni curriculum vmbra circumuoluitur.

De Amphiscijs.

¶ Amphiscij vero dicuntur manentes sub ęquinoctiali circulo: quos sol quattuor vmbris verberat.

Ecce habitationes antedictas.



Quo differūt: Insula Peninsula: Histhmus et continens. Caput Decimumseptimum.

AB aquis igitur omnis terra quadrifariam secetur Aut fit Insula/aut Peninsula/aut Histhmus/aut Cōtinens.

¶ Insula itaq; est ea pars terrę/quę a maioribus terrę partibus seiūcta vndiq; aquis alluitur. Vt Rhodus/Sicilia/Corsica/Taprobana/Jana/America/Islanda.

¶ Peninsula seu Chersonesus quę plane Insula non est neq; continens

sed vndiqꝫ fere aquis clausa aliqua tamen angustia continenti annectit. Et sunt quattuor insigniores: Vt Peloponesus arx totius Grecię quondam dicta/nunc aūt Morea dr̄/in mari mediterraneo sita. Aurea Chersonesus in mari Indico meridionali. Cimbrica in mare Germanicū sese extēdit. Thaurica Chersonesus in pontum Euxinum circa Bosphorum Thratium procurrit/ vbi et Meotis exonerat pontū/circa quā etiā Danubius cantatissimus Rhetiam /Boiariam (olim a Rhomanis et Grecis vindelitia dicta):vtrāqꝫ Pannoniam/ Datiam et Misiam pręterfluens pontum subit et emoritur.

¶ Isthmus dicitur terra inter duo maria cōclusa/ ꝓprie tamen iter ad chersonesum porrigit. Vt Chorinthiacus inter achaiam et peloponesum quem nauigabili alueo Demetrius rex/Dictator Cęsar/C. princeps/Domitius Nero infausto vt omnium patuit exitu incepto perfodere tentauerūt. De quibus lege ply: naturalis historię li: 4 ca: 4. Dorsum Arabię inter Sinum Arabicum et mare Aegiptiacum. Dania quę ducit iter ad Cymbros et tota Italia.

¶ Continens dicitur omīs terra solida siue fixa: quę nec Insula nec Peninsula nec Isthmus est. Sed tota sibi constat et coheret/aliquātulum tamen (ꝙ nullius est momenti) sinibus maris fracta conspicitur. Vt Misnia dulcis patria. Saxonia. Boiemia. Boiaria. Datia. Turingia Pannonia. Suevia &c.

Ecce Summariam diuisionem.

¶ Omnis terra est.

- Aut Insula.
  - America.
  - Sicilia.
  - Jaua.
  - Rhodus.
- Aut Peninsula.
  - Morea.
  - Thaurica Cher:
  - Aurea Cher:
  - Cimbrica Cher:
- Aut Isthmus.
  - Chorintiacus.
  - Dorsum
  - Arabię.
  - Dania.
- Aut Continens.
  - Misnia.
  - Pannonia.
  - Boiaria.
  - Saxonia.

Equidem istiusmodi diuisiōis formulam pp Tyrunculos qui in principiis Geographiae minus versati sunt hic coram subiunxi.




De vsu tabularum Ptho: et qualiter vniuscuiusqз regionis: loci aut oppidi situs in illis sit inueniendus. Caput Decimũoctauum.

Inuestigaturus itaqз alicuius oppidi situm in tabulis Ptholomei Elicias imprimis gradus longitudinis et latitudinis ex abaco regiõum prouinciarum et oppidorum: qui cõfrequenti dispositione hoc modo ordinantur. Vt loco primo eorum nominibus scripta cernantur. Deinde in directo cuiuslibet loci siue oppidi scribitur primo ordine eius longitudo in gradibus et minutis Secundo autem ordine eius latitudo scribitur consimiliter in gradibus et minutis. Quibus habitis quere in tabula sibi competenti longitudinis quidem gradus in capite tabulę seu parte Septentrionali consimilit̃ in pede seu meridionali parte. Grad⁹ vero latitudinis et eius partes quere in reliquis duobus lateribus parte scз Orientali et Occidentali /et vt certior reddaris terminis signa delibilia adijcito. Deinde expande filum super puncta longitudinis in superiori et parte inferiori/ filo sic inuariato. Fac vt alius aliud per puncta latitudinis filum extendat: locus in quo fila sese intersecauerint erit locus aut situs oppidi illius aut habitationis: quam inuestigare optaueras.

Gratia autem lucidioris intelligentiae sequitur schema cũ quibusdam locis in quibus studiosus Geographiae se satis exercere potest.

¶ Praga habet in longitudine 32. 0 in latitudine 50. 4.
¶ Lyptzigum habet in longitudine 29. 58 in latitudine 51. 24.
¶ Leyßnigum habз in longitudine 30. 20 in latitudine 51. 10.
¶ Venetię habз in longitudine 32. 30 in latitudine 44. 50.
¶ Vienna pannonię habз in longi: 35. 8 in latitu: 48. 25.
¶ Monachum habз in longi: 29. 16 in latitudine 48. 0.
¶ Jngoldstadium habз in longi: 29. 6 in latitudine 48. 42.
¶ Erfordia habз in longitudine 28. 30 in latitudine 51. 10.

Ecce Formulam: vsum atqz Structurā Tabularum Ptholomei.



De Speculo Cosmographico. Caput Decimumnonum.

Speculum est illud quod aspicimus ac speciem: id est: imaginem nostram contemplamur. In hoc autem speculo totius orbis: id est: terrę speciem/imaginem seu picturā contemplamur.

¶ Imprimis igitur generalem huius speculi vsum seu declarationem: quantum ad eius partes ostendamus. Est itaqꝫ in eo instrumēto seu speculo limbus in extremo immobilis in 24 segmenta diuisus qui horarū limbus appellatur: quodlibet autem segmentum seu spacium vnius horę continet 4 quartalia seu spaciola/vnumquodqꝫ spaciolū 15 minuta tpis representans. Adsunt etiam tres rotulę mobiles: quarum prima siue inferior speculum Orbis(quam mappam vocant)representat. Altera fert Zodiacum et ob similitudinem rethe siue Aranea nominatur apud Arabes autem Albancabut. Tertia vero et vltima volubilis rotula parua habet 24 diuisiones horarum cum Indice Meridiei. Est insuper Index qui voluellum vel albidada dicitur supra centrū infixus: qui omnes rotulas supradictas continet et constringit ne facile a centro decidant.

De Vsu Speculi Cosmo graphici.

Hoc Caput cōtinet aliquas propositiones: quae partilē declarationem: Necnon vsum multiplicem Speculi Orbis lucidissime explanant.

Propositio Prima.

Quomodo vniuscuiusqꝫ regionis /ciuitatis/aut oppidi situs in Speculo Cosmographico sit inuestigādus breuiter enunctiare. ¶ Si igitur Regionem aut ciuitatem aliquam in Speculo isto locare volueris. Imprimis fac notam in limbo Speculi circa longitudinis gradum istius oppidi/et super eandem signaturam pone voluellum cum linea fiducię. Deinde conside-

ra eiusdem regionis siue oppidi latitudinem in ordine graduum latitudi nis: quam nnmerabis in voluello ab equinoctiali in latitudine Septentrionali vel Meridionali/pro vt abacus expostulat/ꝛ a fine huius numerationis fiet punctus directe sub linea fiducię/ꝛ erit locus illius regionis aut oppidi: quod captare oportuit.

Propositio Secunda.

Speculum Orbis secundum situm tuae habitationis artificiose locare. ¶ Habito loco tuę habitationis vel alterius oppidi ex premissa in speculo isto pone voluellum speculi cum sua linea fiducie super horam 12 meridiei et volue rotulam donec locus siue punctꝰ tuę regionis sit sub linea fiducię ipsiꝰ albidade: In eo igiť situ fige rotulam cū cera vt illic maneat/et sic rectificasti Orbis Speculū pro tua habitatiōe quod fuit optatum.


Propositio Tertia.

Quibus regionibus/Insulis aut ciuitatibus mouentur sol et reliquę stellę erroneę oblato die et omni hora verticales inquirere ¶ Habito gradu Solis ex secunda noni/pone voluellum super horam exterioris limbi in qua vis illud scire siue sit ante vel post meridiem vľ circa mediam noctem. Postea circumacto rethi siste gradū solis: in quo sol die dato moueť precise sub fiducię linea voluelli. Illis igitur perpendicularitet mouetur sol dato momento supra caput qui a gradu solis tegū tur siue fuerit supra aquam siue super terrā. Rethi inuariato quere aliorum planetarum gradus in Zodiaco/apparebunt loca quibus in vertice mouentur pro data hora.

Propositio Quarta.

Quibus Sol semel/bis/ et quibus nūquam supra caput mouetur facile indagere. ¶ Sunt igitur tres circuli in Speculo orbis aliis latiores equinoctialis scȝ in medio diuisus et duo Tropici. Habitantibus ergo sub Tropicis semel in anno sol mouetur perpendiculariter supra caput. Inter tropicos autem degentibus bis in anno sol mouetur verticalis. Qui vero extra tropicos habitant nunq̄ videbunt phebum in

Media nox.



Meridies.

vertice capitis. Et hec quidem regula verissima est: si alicuius oppidi la
titudo superat 24 gradus certum est q sol nunq̄ per Zenith illorum mo
ueatur. Fabulantur ergo ij qui dicūt q sol Hierosolymitanos in meridie
nulla vmbra verberat: quia eius latitudo excedit 31 gradus.

Propositio Quinta.

Quotta sit hora in quacūq; totius Orbis regione aut ciui
tate pro quolibet diei momento perscrutari. ¶ Pone voluellum in ex
teriori limbo super horam pro qua horam diei regionis aut loci alteri⁹
obseruare volueris: Voluello itaq; inuariato manente/ verte aut circum
uolue paruam rotulam horarum donec cacumen indicis hore meridi
ane ad amussim istius oppidi situm respiciat /et albidada cum sua linea
fiducie ostendit in parua rotula horam istius regionis aut oppidi a me
ridie vel a media nocte computatam: quod fuit optatum.

Finis P[illegible]partis Libri
Cosmo[illegible]raphici.

Secunda Pars prin cipalis huius Libri de Sumaria Necnō particulari Europae Africae: Asiae et Ame- ricae Descriptione.

De Europa. Caput Primum.

EVropa appellata eſt ab Aegenoꝛis phoenicū regis filia/ quę a Joue ex Africa rapta in Cretam abducta fuit/ab occidentis parte Atlantico oceano terminata. A Septentrione Bꝛitannico ⁊ Germanico magno ab aduerſa parte mediterraneo pelago includitur. Ab Oꝛiente habꝫ Tanaim/queꝫ Scithe Silim vocant et Moeotida quem iidem Temeridan quaſi matrem maris dicunt/ et pontum. Terra exime fertilis naturalem temperiem/Cœlumqꝫ ſatis clemens habet /frugum / vini et arboꝛarium copia nullis poſthabenda/ſed optimis terris comparanda/ eſt ideo amena pulcherrimiſqꝫ vꝛbibꝰ /caſtris /vicis/et pagis exoꝛnata. Populoꝛum gentiumqꝫ virtute Longe Aſia et Africa pꝛęſtantioꝛ: cęteris tamen terrę partibus minoꝛ. Latitudine nuſq̄ ꝫꝫ5 miliaria Germanica excedens/niſi vbi circa mediā ſui partem (quo magnis frontibus tam verſus meridiem quam verſus aquilonem in altum procurrit) duabus aliis quibꝰ dꝛaconis ſpeciē reddit maxime extenta eſt. Longitudine ab amne Tanaj ad Gaditanum fretum qua longiſſime ſe expandit implet 75 o fere Germana miliaria. Jn ea pꝛima ab occidente eſt Hiſpania tripartita (a grecis Jberia dicta) dꝛaconis caput/quem ſupꝛa retulimus repꝛeſentās: quę ab antiquis ſcriptoꝛibus in tres regiones diuidit. Jn Beticam modo regnum Granatę/Luſitaniam (quę ⁊ hodię Poꝛtugalia appellatur ac Tarraconenſem/a nuperis autem Tarraconenſis tractus Hiſpanię in quinqꝫ regna ſubdiuiſus eſt/ſcꝫ in Gallitię regnū/Nauarrę/regnum Caſtilię qđ Caſtellę et Legionis dicit / regnum Cathalanię et Arragonię. Pꝛoxima quę Hiſpanis adiacet Gallia eſt ſiue Frācia/Comata vno nomine appellata/ab Hiſpanis pyreneis montibus /ab exoꝛtu autem

Rheno fluvio rapidissimo a Germanis sequestratur/reliquis vero lateribus oceano et pelago abluitur. a Ptholo: in partes quattuor diuidit in Aquitaniam/Lugdunensem/Belgicam ꝛ Narbonensem quę Gebenna et Jura montibus ab reliquis Gallię partibus excluditur et ad pelagus vsqꝫ promittitur. Rhenum autem accolentes sunt Bassę et altę Germanię populi/ab illis ad Sauromatas vsqꝫ Germania magna promissa est ad aquilonem Germanico oceano magno limite pene directo iungitur nisi vbi Dania (quam hodie Daciam apellant) chersonesum efficiens prominet. Ab austro finitur alpibus. quas Ptholemęus poenas aut poeninas vocat. Ipsa haud vlli fertilitate terrę postferenda/circa montana argentum cęteraqꝫ metalla procreat/nec priuata est auro. Rheno/danubio (qui septem Ostijs se in pontum exonerat) Necharo/Albi cęterisqꝫ limpidissimis fluminibus irrigatur. Dicta autem est Germania a Teutonico vocabulo Gareinman: quasi victrix multarum gentium. In ea prima gentium est Sueuia Deinde Franconia/Turingia/Voytlandia/ Spectat et meridiem Vindelicia/Deinde Morauia cui iungitur Pānonia huic Mesia prouincia ad pontum vsqꝫ cum danubio decurrens. In medio Boiemia Hercinia silua tanqꝫ natiuo muro vndiqꝫ cingit. Versus aquilonem habitant Misnenses/ Saxones/ ab ijs Rhenum versus Westphalia/Hassia/Hartzia/Phrisia Holandia/vltraqꝫ Saxones/ Holsatia/Silesia/Marchia/Mechelburgia/Pomerania quę ad Sarmatas porrigit. Sarmatiam habitant Prussi/Liuoni/Russi/Mossoui/ Lituani/Poloni/Walachi/Transsiluani. Deinde Dacia est/super quam Tratia quę Grecia modo apellatur/habens in se perticulares regiones Epirum/Achaiam/Macedoniam/Moream ꝛc. Sinum Adriaticū cingunt Dalmatę/Illiri/ in ipso flexu Histriani et forumJulij: vltra quicquid est vno nomine Italia dicitur: cuiꝰ prouincię sūt Campania/Calabria/Latium/Apulia/Tuscia/Vimbria/Gallia Togata/ Longobardia Venetiana et Aconitana.

De Africa. Caput Secundum.

Africa (quam Greci Libiam appellauere) vt Josephus li: antk: inquit/ab Afro vno ex posteris Habraę de Cethura qui dicitur diuisse aduersus lybiam exercitum: et ibi deuictis hostibus consedisse. Incipit a Gaditano freto ꝛ finitur Aegipto/ab aquilōe mediterraneo mari cōiuncta/ab austro Aethio

pico oceano suscipitur. Habet regiones et prouincias Tingitanā ꝛ Cesariensem Mauritanias/Numidiā/Lybiam/Carthaginēsem Bizantiū/Cyrenaicam quę pentapolis dicitur/ Aegiptum et Aethiopiam/ Mauritania itaqꝫ Tingitana a Tingis oppido dicta habet ab oriente Maluam fluuium/a septentrione mari Italico et Gaditano freto alluitur/ab occidēte atlantico oceano clauditur ibi abilis columna et Heptadelphi montes. Cęsarensis Mauritania habet ab occasu Tingitanā ab oriente Numidiam/a septentrione pelagus vltra ad Carthaginensem regionem ab Ampsaga Numidia est Massinissę clara nomine de quo Ouid:li:6. a grecis autem appellata est Methagonitis terra vbi Hippon regia et Aphrodisium ciuitates/accolę mappalia:hoc est domus pabulis permutandis quemadmodum Misnensium opiliones plaustris circumferunt. Deinde Africa ꝓprie dicta a cognomine totius regionis. Vbi Zeusis est hic oppida Carthago/maxulla/vtica Catonis morte insignis. Mox in ea Bizantium:quam Libij phoenices incolunt : Syrtim minorem cōtingens vbi Hadrumetis et Leptis ciuitates. Cynips fluuius ꝛ regio Tripolitana vbi Leptis media quę ꝛ Neapolis cognominaꝛ/ꝛ Syrtis maior. In intimo sinu philenorum arę. Vltra Cyrenaica ꝓuincia eadē pentapolitana dicta habet versus meridiē gentes Garamantū ꝛ Aethiopum a Septentrione mare Lybicum/finis Cyrenaicus in oriente est Cathabathm⁹ oppidum. Inde ad orientem Marmarica quę mareotis Lybia appellatur. Huic contermina est Aegyptus regio Nili proxima cui ab orientis parte iungitur Iudęa/Arabia petrea /et Erithreum mare / a Septentrione Aegyptiacum/ab austro Aethiopia est/regio pluuiarum omnino ignara/sed post estiualem reciprocationem inundatione Nili amnis foecundatur. Vrbes eius insignes Alexandria totius Aegypti caput ibi S. Catharina Costi regis filia martyrisatur/Babilon olim Babulis et Noua Babilonia/modo Kayrus vel Alchayro:huic contigua Memphis/Sub Aegypto Aethiopia est. Tum ab oriente Troglodìtica regio. Deinde vix homines magisqꝫ semiferi:auctore Mela/Aegypanes et Blemmię quorum capita ab esse traduntꝛ/Satyri sine tectis passim ac sedibus vagi habēt potius terras q̄ꝫ habitent/Cynocephali/Colopedes siue monoculi nigri et horibiles siue capite. Alit et Aphrica Elephantos Dracones/Rhinocerontes/Tigrides/ Basiliscos / et multa genera serpentum.

De Asia. Caput Tertium.

ASia Tertia pars terrae ab Asio Manaei Lidi filio dicta e trib⁹ partib⁹ tangit oceano/a meridie Indico meridiouali /a Septentrione Scithico/ab Oriente Eoo /ab aduersa parte habet Europam et Africam et pelagus quod inter ambas immissum est. In ea reperiuntur multiformes et mirę hominum effigies/et varij gentium mores/est pręterea terra fertilis et temperata et om̄ animantium genere cultissima. Huius terrę gentes/vrbes insignes ad hunc modum se habent. Prima Asię caput est Pontus et Bythinia\ deinde Asia ꝓprie dicta/Phrigia/Capadocia/Licia/Caria/Pamphilia Misia/Armenia vbi Tigris et Euphrates fluuij in meridiem labentes exoriuntur Post Capadoces hominū primi sunt qui vnico vocabulo pōtici dicunt / deinde Amazones/ ad Tanaim Sarmatę/Stythę vltimi. Caspium Sinum ambiūt Caspij/Medij/Hircani/sub his Parthi/Carmani/Persides iuxta sinū persicum/Babiloni/Mesopotami/Syri/ Spectant meridiem Arabes et Sinum Arabicum possident. Vltra Parthiā Aria est/Paropanisus/Drangiana et Gedrosis/vltraqꝫ eas Indi extra intraqꝫ Gangē/Superiores ac Meridionales/vbi Plini⁹ libro 7. natural' historię multa hominum esse genera Indicat: quę humanis corporibus vesterentur/Produntur et in Scithia Arimaspi: vno oculo in fronte media insignis quibus continue bellum est cum Gryphis circa metallum. Sunt et in quadā Imai montis cōualle homines siluestres auersis post crura plantis eximię velocitatis. In multis etiam montibus reperitur hominum genus capitibus caninis : pro voce latratum edere. Item hominum genus qui Monoscelli vocarentur singulis cruribus mire pernicitatis ad saltum: Eosdemqꝫ Sciopodas vocari : qui maiori estu humi iacentes resupuni vmbra se pedum protegant. Rursus homines sine ceruice oculos in humeris habētes. Circa fontem Gangis Indię Astamorum gentem sine ore : halitu tantum et odore viuentē ꝓdit/super hos pigmei Narrantur et varia nascentium mirabilia ⁊ monstrosa hominū genera idem Plinius tradit.

De America. Caput Quartum.

Ciamsu ori: z31.0 | 3z.5
Focho z40.55 | 7.0
Tingrei z36.0 | 35.0
¶ Mangi prouin: regna & ciui:
Ista puincia continet in se nouem regna.
Taygni zz4.15 | 31.0
Syngni z3z.0 | z9.z0
Theber puin: & ci: z04.10 | 3z.0.
In hac prouincia dominatur rex et do[m]inus prestans Joannes dominus totius Indie Orientalis et Meridionalis et partis Aphrice & omnes reges Indie sunt sub eius imperio.
¶ Cyambe puin: p. i. s. c.
Cyamba z08.10 | z5.30
Isti vtuntur Chorallis pro moneta. Accole sunt Idolatre / habent copiã magnã nucũ Mustarũ & ebani nigri / Habent et Ligna Aloe et copiã de omni genere specierum.
¶ Indie Meridionalis c.
Loach prouin:
Incole huius prouintie habent proprium regem et linguam / sunt Idolatre.

¶ Morfuli regni ciui:
Lamia z0z.10 | 11.40
Murfuli ci. z85.0 | 13.0
Loach 191.40 | 16.30 Aust
Thime metrop: 180.0 | 3.10 Aust
Hotium promõ z76.0 | 5.0
per totum illud littus sunt Ichthiophagi sine et sunt Aethiopes.
¶ Moabar prouin:
Mar ciui: z76.0 | z0.10 Aust
Incole adorant boues.
Malaqua z60.6 | 15.30 Aust
Hic occisus est S. Thomas Apostolus
¶ Lac regni descriptio.
Lac ciui: 166.30 | z1.40
Incole nudi incedunt / adorant bouem sunt Idolatre / tamen iusti et odio habent mendaces.

Explicit partilis Asie descriptio.

Insularum Summa Enarratio.

Europae Insulae.

¶ Insulae que mari mediterraneo alluuntur.

Creta mõ Candia 54.0 | 34.50
Creta ptho: 54.15 | 34.50
Gortina ciui:
¶ In ea est ciuitas Minoa patria Strabonis Cosmogra:
¶ Crete adiacent Insu:
Claudos 5z.30 | 34.0

Latoa ins: 54.30 | 34.30
Dia ins. 54.30 | 35.40
Cimolis ins: 54.30 | 34.30
Melos ins: 54.0 | 35.30

¶ Peloponeso adia: insulę.

Epla ins: 54.15 | 31.40
Scothere ins 56.0 | 34.40
Salatis ins: 52.0 | 36.40
Sphasia ins: 48.0 | 35.0
Aegine ins: 52.20 36.45
Strophades ins: 47.20 | 36.0
Prima Trotę 47.50 | 35.39

¶ Achaię adia: hę.

Euboia 54.0 | 37.50
que abantis dicitur modo Negro pontus.
Thera 52.0 | 36.25
Cia 54.15 | 36.40
Chij 54.20 | 36.55
Polyegos ins: 54.40 | 36.15
Thorasia ins: 54.45 | 37.0
Deli ins: 55.5 | 37.20
Rhena ins. 55.5 | 37.10
Pharbium ins 52.15 | 37.10
Oliarus ins. 55.20 | 35.30
Myconi ins. 55.40 | 37.10
Cythnos ins. 54.55 | 36.30

¶ Cycladum Insulę et ciui.

Andri ins. ꝛ ciui. 55.0 | 37.10
Naxi ins. et ciui. 55.40 | 37.0
Subium ins. 55.40 | 36.50
Teni ins. 55.5 | 37.30
Scyri ins. 54.45 | 37.15
Pari ins. 55.30 | 36.50
Siphni ins. 55.15 | 36.45

¶ Epiro adiacent Insulę.

Corcyra nigra 45.30 | 38.15
modo Corsuna dicitur.

Cephalenia ins. 47.40 | 37.10
Scopelus ins. 47.45 | 37.35
Ithaca ins. 48.0 | 37.10
Eicusa ins. 40.40 | 38.0
Lotoa ins. 47.0 | 36.30
Zacyntus ins. 47.30 | 36.30

¶ In mari Ionio Macedonię adiacent ins.

Sasonis ins. 44.10 | 39.30

¶ In Aegeo pelago.

Scopelos ins. 52.30 | 39.20
Sciathos ins. 52.10 | 39 15
Scyros ins. 54.0 | 29.0
Lemnos ins. 52.30 | 41.0
Peparnethos ins. 52.30 | 39.30.

¶ Insulę Thracię adia: Sub Bosphoro occi:

Cyaneum ins. 56.20 | 44.0

¶ In ꝑpontide.

Preconesus ins. 55.30 | 42.0

¶ Insulę in Aegeo mari.

Samothracę ins. 52.30 | 41.15
Thalassia ins. 51.30 | 41.30
Imbros ios. 53.20 | 41.15

¶ In Mediterraneo Misię Insul.

Pauca ins. 55.20 | 46.30
Hec Insula facta est a danubio fl.

¶ In mari Euxi. Misię adia. Insulę.

Boristhenes ins. 57.15 | 47.40
Achillis Leuca ins. 57.30 | 46.40

¶ Iuxta Tanaim.

Alopetia ins. 66.30 | 53.30

¶ Sicilię descriptio.

Sicilia olim Sicania/Trinacbria vł Triquetra dicta est alluit̃ ab occasu ꝛ Sep. Tyrreno mari. a meridie Aphrico ab oriente adriatico.

Medium eius 38 15 | 37.0
Aethna mõs est in ea: perpetuo igne ardẽs/ cuius fundus est de Tofo lapide nigro et poroso/quo in balneis vtimur.
Pachinus pmõt ori: 40.0 | 36.20
Pelorus pmont sep: 39.20 | 38.30
Promontorium illud habet a dextris .i. versus Italiam Scyllam a Leuo Carybdim. Est igitur his in locis mare nautis periculosum.
Lilybeus pm: occi: 37.0 | 36.0

¶ Iuxta Siciliam ins:

Aeonymus ins: 39.30 | 38.45
Lipara ins: 39.0 | 38.45
Vulcani ins: 38.50 | 38.35
Didime ins: 39.0 | 39.0
Ericodes ins: 38.20 | 38.45
Phœnicodes ins: 38.30 | 38.50
Hicesia ins: 39.30 | 39.0
Strogyle ins. 39.30 | 39.45
Osteodes ins: 36.15 | 37.0
Vstica ins: 37.30 | 38.45
Phordantia ins: 36.0 | 36.20
Aegusa ins: 36.15 | 36.5
Paconia ins: 36.30 | 35.50
Aeoli ins: 37.0 | 39.0
Sacra ins: 36.0 | 36.0

¶ Sardine Insule descrio.

Sardinia olim Sandaliotis et Ichnusa ab occi: Sardano alluitur pelago: ab oriente Tyrreno: a meridie Aphrico.
Medium eius habz 30.0 | 38.0

¶ Sardinie adia: insule.

Ficarnia ins: 33.0 | 37.20
Molibodis ins: 30.30 | 35.30 siue plombea
Hicracum ins: 20.0 | 35.45
Hermea ins: 33.0 | 39.0
Nymphea ins: 29.45 | 39.30
Ilua ins: 36.10 | 39.20
Phinthonis ins: 30.40 | 39.15
Herculis ins: 39.30 | 39.0
Diabasta ins: 29.20 | 38.45

¶ Corsice insule descriptio.

Corsica quam greci Cyrnã appellant siue Cyreneam cingitur a sep: et occasu Ligustico mari. ab ortu Tyrreno habet 29.20 | 40.50

¶ Italie adia: insu: in Tyrreno pelago.

Sirenum insule: 39.30 | 49.55
Caprea insule 39.30 | 40.10
Pithecusa ins: 39.30 | 40.30
Procytha ins: 38.45 | 40.20
Parthenope ins: 38.20 | 40.45
Pandatoria ins: 37.50 | 40.45
Pontia ins: 37.20 | 40.45
Planasia ins: 34.0 | 41.0

¶ In ligustico mari.

Aethala ins: 30.40 | 42.0
Capraria ins: 32.0 | 42.0
Ilua ins: 31.20 | 44.0

¶ In Ionio mar.

Diomedee insule 40.40 | 43.0

¶ Liburnie adia: insule.

Apsorus ins: 36.50 | 44.30
Curicta ins: 39.20 | 44.15
Scardona ins: 40.50 | 43.30

¶ Dalmatie adia: insule.

Issa ins: 42.20 | 43.30
Tragurium ins: 43.0 | 42.45
Corcura aut Mela 44.0 | 41.45
Meligina ins: 44.10 | 41.45

¶ Tarra: Hisp: adia: in mari Balearico Insule due nomine Pithynsie.

Ophiusia ins: 14.50 | 38.20
Ebyssus ins: 14.0 | 38.5

¶ Balearides Insule due que grece Gymnesie appellantur.

Maiorica ins: 16.45 | 39.15
Minorica ins: 17.30 | 39.30

¶ Narbonensi adia: Insule in mari Galico.

Agatha Ins: 22.30 | 42.10
Blaston ins 23.30 | 42.10
Stichades ins: 25.0 | 42.15
numero quinqz
Leronis ins: 27.45 | 42.15

¶ In freto Gaditano.

Gades vel Gadira 5.10 | 36.40

¶ Insulae in Oceano septentrionali et Atlantico.

¶ Lusita: Hisp: adia: Insu:

Londobries Ins: 3.0 | 41.0

¶ Tarra: Hisp: adia: Insule Cātabrico oceano.

Scopuli Ins: 9.0 | 46.45
Caterides. mediū istarz 4.0 | 45.30
Deorum ins: 4.42 | 42.20
Cathendes ins: 4.0 | 46.0
Trileuce ius: 9.0 | 47.0

¶ In atlantico 7 Insule.

Gratiosa ins: 356.0 | 39.0
Depico ins: 355.0 | 38.0
S. Michael ius: 357.0 | 38.0
S. Marie ins: 357.0 | 37.0
S. Georgij ins: 354.0 | 39.0
Christi ins: 356.0 | 37.0
Faual ins: 355.0 | 36.0

¶ Insulae Oceano Germanico complexa sunt hae.

Anglie regni nunc / Ptho: Albionis Insule Britānice Insignior: ci
Medium eius habet 14.0 | 54.30
Cantuaria 14.55 | 52.8
Vulgo Cantelburg
★ Oxoniū Ochsenfurt 11.50 | 52.41
Londonium 13.20 | 52.30
modo Londra.

¶ Albioni adiacent Insule iuxta Orcada.

Scitis ins 32.40 | 60.45
Dumnia ins: 30.0 | 61.40

¶ Orcades Insule. 30.

Media habz inī illas 30.0 | 61.40

¶ Supra has.

Tyle cuius medium 33.0 | 63.0

¶ Scotie Insule ciui:

Scotie medium 20.0 | 57.0
Etenburgum c. 18.0 | 57.0
Ptho: Alata Castra
Efaguenlis sglennis 20.17 | 57.33
Iorg: ciuita: 18.0 | 57.0

¶ Hiberniae nūc Irlandiae Insulae ciuitates.

Hibernie medium 7.30 | 57.0
Reba ciuitas 6.40 | 57.20
Purgatorium 6.42 | 58.50
S. Patricij.
Lamon ciui: 7.5 | 56.30

¶ Hibernie superiacent. 5. Insule Ebude dicte.

Ebuda occ: 15.0 | 62.0
Ebuda ori: 15.40 | 62.0
Engaricenna 17.0 | 62.0
Maleos ins: 17.30 | 62.30

Epidium ins. 18.15 | 62.15

¶ Hibernię adiacent in parte orientis Insulę hę.

Monarina ins. 17.20 | 61.30
Mona in. 15.0 | 57.40
Adios deserta 15.0 | 59.20
Limnos deserta 15.0 | 59.0

¶ Islandę Insulę situs et ciuita.

Eius medium 7.0 | 65.30
Marsol ciui. 7.40 | 60.42
Thirtes ciui. 5.50 | 64.44
Radar ciui. 6.40 | 57.20

¶ Selandię Belgicę ciuitates.

Mittelburgū emp. 18.26 | 51.48.
Occias ins. 19.0 | 52.0

¶ Seelandię Scanię situs a Ptho. Scandia dicta.

Eius medium 34.20 | 56.15
Roschilde epalis 34.16 | 56.20
Copenhagna c. 35.24 | 56 30

¶ Huic adiacent Insulę.

Femara insi 30.15 | 55.55
Gotlandia ins. 48.0 | 60 0

¶ Trimoantas Insulę.

To iatis ins. 23.0 | 54.20
Couennos ins. 24.0 | 54.30
Vectis insula 19.20 | 52.20

¶ Hę sunt Insulę ad Europam pertinentes.

Africae Insulae.

¶ In sinu Arabico et Mari Rubro Insulę.

Aphroditis 65.15 | 25.0
id est Veneris Insula.
Salpirena ins. 64.50 | 28.0
Agatonis in. 65.15 | 23.40
Astarta ins. 66.0 | 22.30
Ara palladis 66.10 | 21.30
Gypsitis ins. 67.0 | 19.40
Gomadeorum duę 67.30 | 19.0
Myronis 97.0 | 18.0
Catathreę et 67.30 | 17.30
Thrisitides duę
Magorum ins. 68.30 | 15.20
ferens thus et Mirrham
Daphnina 68:30 | 15.20
Acanthina 68.30 | 15.0
Macaria 68.30 | 14.30
id est Beata Insula.
Orneon ins. 69.0 | 14.0
Bachi & Antibachi 69 30 | 13.15
Panis ins. 68.40 | 12.0
Diodori ins. 70.0 | 12.30
Isidis ins. 70.0 | 11.30

¶ In Sinu analiti.

Mondi ins. 77.0 | 8.30

¶ Post Aromata pmont.

Amici vl' Ameici ins. 85.0 | 4.0
Menę ins. duę 84.0 | 2.30
Myrsiaca ins. 85.0 | 1.0

¶ In Sinu Barbarico.

Minuchias ins. 85.0 | 12.30

¶ In Mediterraneo mari iuxta Mauritaniam Numidiam et Africam mino Insulae.

Iulia Cęsaria ins. 17.30 | 33.20
Hydras ins. 28.0 | 33.0
Calatha ins. 31.0 | 33 40
Dracontinus ins. 33.15 | 34 15
Aegimius ins. 31.15 | 33.15
Laruuesię duę. 37.0 | 33.30

Lopadusa ins: 39 0|33.20
Aethusa ins: 39.20|33.20
Cercina ins: 39.0|32.15
Lotophagitis 39.40|31 20
Misinus ins: 44.40|30.40
Pontina ins: 45.20|30.15
Gea ins: 46.0|29.40
Cosira ins: 37.20|34.20
Gilaucon(is) ins: 37.20|34.40
aut Merna
Melita ins: 38.45|34.40
Melita ins: 38.45|34.40
Hiras Junõis sacrũ. 39.0|34.40
Herculis sacrum 38 45|34 .5

¶ Juxta Cyrenes.

Myrmex ins: 48.40|31.50
Lea Veneris ins: 50.10|31.52

¶ In Terra Aegipti Insulę a Nilo factę.

Delta paruum 62.40|30.20
Delta magnum 62.0|30. 0
Delta Tertium 62.15|30. 5

¶ In pelago Aegyptiaco iuxta Aegyptum

Didyme duę 58 30|31. 30
Phocusęduę 56.50|31.30
Aenesipta ins: 58.30|31.30
Tyndari scopuli tres 55.30|31.30
Andonis ins: 52.40|31.50

¶ In Oceano Occidentali insulae iuxta Africam.

¶ Fortunarum Insulę numero sex Quę modo Canarię dicunt.

Aprositus ins: 1.0|16.0
Hyras.i.Junonis 1.0|15. 0
Pluitina ins: 1.0|14.15
Casperia ins: 1.0|12. 30
Canaria ins: 1.0|11.0
Pintuaria ins: 1. 0|10.30

¶ Libye adiaceut.

Menna aut Merna 5.0|25.40
Hyras id est 8 0|23.50
Junonis quę Autola dicitur.
Poena ins:. 5.0|32.0
Erythia nunc Erina 6.0|29. 0
Porta sancta ins: 360.0|30.30
Madera ins: 358.30|29. 40
aut Medera quę et lignorum Insula dicitur olim Gorgodes vel Corduam dicta.

¶ Insulę Portugalensium sunt 10. in Oceano Occidentali inuentę Anno Christi 1472.

S. Anthoni. 351.0|17.0
S. Lucię. 351.0|16.0
Alba ins: 352. 0|51.0
S. Vincentij. 353.0|14.0
Salis ins: 354.0|14.0
Visionis ins: 355.0|13.0
S. Nicolai ins: 352.0|13.0
S. Philippi ins. 351.0|12.0
Demana ins. 353.0|11 .0
S. Jacobi ins: 351 0|12.0

¶ In Sinu magno. Africę.

Formosa ins: 32.0|12.0 Aust
Principis ins: 30.15|14.0 Aust
S. Thomę ins: 27.20|16.0 Aust
Delli pulgellę ins: 360.0|35.0 Aust
numero septem.

¶ Insulę Jam enumeratę spectant ad Africam.

Asiae Insulae.

¶ In Mediterraneo mari ¶ in ponto Euxino:

Thinias ins: 57.30 | 43.25
Erithini 58.30 | 43.15
scopuli Insule

¶ In Hellesponto.

Tenedos ins: 55.0 | 40.55
in ea latuerunt greci quom insidias struere tētauerūt Troianis.

¶ In Aegeo pelago.

Lesbos ins: 55.15 | 40.0

¶ In Hiccaro pelago.

Hiccaria ins: 56.45 | 37.40
Myndus ins: 57.40 | 36.25
Chii ins: 56.40 | 38.35
Phanea extrema 56.20 | 38.15
Posidium 57.0 | 37.35
Ampelos extrema 56.10 | 37.0

¶ In Myrtoo pelago.

Arcesana ins: 56.0 | 37.0
Begialis ins: 56.10 | 36.50
Minyia ins 55.50 | 36.50
Coa ins: 57.0 | 36.25
Astii ins 56.40 | 35.40
Cesi ins: 56.30 | 35.15
Carpathos ins: 57.10 | 35.15
Rhodus ins: & ci: 58.30 | 35.30

¶ Lycie adiacent Insule.

Megista 60.40 | 35.15
Dolichista ins: 69.45 | 35.15
Chelidonia ins: 61.30 | 30.10

¶ Syrie adia: Insule.

Aradus ins: 68.0 | 34.30
Tyrus ins: 67.0 | 33.30
modo continenti adheret.
Crameusa 62.40 | 35.40
Apelbusa ins: 63.10 | 35.40
Cyprus ins: 65.30 | 35.30
que alias Cathim vel Paphon di. eius ciui: he.
Macaria c. 66.30 | 35.45
Paphos noua c. 64.20 | 35.10
modo Baffa
Paphos antiqua 64.30 | 35.0
Drepanum pmō: 64.30 | 34.45
Zephirium pm: 64.10 | 35.5
Scalmis modo 66.40 | 37.30
Famagusta
Carpasiarum 67.5 | 35.45
Insularum medium.

¶ In mari Hircano vel Abacue Insule.

Helades due 87.30 | 45.0
Talca ins: 59.0 | 43.5

¶ In Sinu Arabico.

Aeni ins: 65.45 | 27.20
Timagenis ins: 66.0 | 25.30
Zygena ins: 66.15 | 24.20
Demonon ins: 66.45 | 23.15
Polibii ins: 67.40 | 21.40
Hieracon ins: 69.30 | 19.0
Socratis ins: 70.0 | 16.40
Cardamina ins: 71.0 | 16.0
Ara ins: 71.0 | 15.40
Catacecaumena 70.30 | 34.30
Maliche due 72.30 | 12.30
Adani due 72.30 | 12.35

¶ In Mari Rubro.

Agathoclis due 81.20 | 10.0
Cocconati tres 83.0 | 9.0
Dioscoridis 86.40 | 9.30
Insula et ciuitas

Treta ins: 86.30 | 12. 0
¶ Insulę iuxta Sachalitem Sinum.
Zenobij.7.Insulę 91.0 | 16.30
Organa ins: 92.0 | 19.0
Sarapiadis ins: 94.0 | 17.30
aut Serapionis Insula.
¶ In Sinu persico Insulę.
Ichara ins: 82.0 | 25. 0
Apphana ins: 81.20 | 28.40
Tharo ins: 89.15 | 34. 45
Tylus ins: 90.0 | 34. 40
Arathus ins. 91.40 | 24.40
Tabiana ins: 87.0 | 29. 15
Sophtha ins: 88.0 | 29.20
Alexandria ins: 90.0 | 29. 0
quę et Aracia dicitur.
Sadana ins: 94.0 | 27.15
¶ In Mari Indico Meridionali.
Baraca ins: 111.0 | 18.0
Melizigeris ins: 110. 0 | 12. 30
Heptauesia ins: 113.0 | 13. 0
Tricadeba ins: 113.30 | 11.0
Peprina ins: 115.0 | .12.40
Trinesia ins. 116.30 | 12.0
Leuca ins: 118.0 | 12. 0
Nauigeris ins. 122.0 | 12.0
Bazacata ins: 144.30 | 9.40
populi in hac Insula nudi degunt et Aeginnatę dicuntur.
¶ Anthropophagorum Ins:
Sindę ins: 152.20 | 8.40 Aust
Bonę fortunę 145.15 | 0. 15
Harum incole dicũtur Antrhopo
Barusę quinque in: 152.40 | 5.20 aust
¶ Anthropophagorũ alię tres Insulę q̃ appellãtur Sabaditę.

Harum medium 160.0 | 8.30 aust
Jabadi 167.0 | 8. 30 Aust
.i. Hordei Insulę
Satyrorum 171.0 | 2.30. Aust
Insulę tres
accolę eius dicunt habere caudas.
Maniolę :10.ins: 142.0 | 2.0 Aust
Anthropophagi sunt. Item in hac Insula gignitur lapis Herculeus: qui naues ad se trahit: quę ferreos clauos habent.
Palla ins: 94.0 | 19.0
Carmina ins: 102.0 | 18.0
Liba ins: 104.0 | 19.0
Virorum ins: 34.20 | 14. 0
Feminarum ins: 98.20 | 13.40
Scoyra ins: 97.30 | 8.0
Christiana
¶ Taprobanę Insulę olim Simundi modo Salicę situs & ciui:
Margana ciui: 123. 30 | 20. 0
Priapidis portus 122.20 | 0. 40
Bachi ciui: 130.0 | 0. 5 Aust
Bocana ciui: 131.0 | 1 30
Gangis fl: fontes 129.0 | 7.20
¶ Montes Taprobanę sunt Galibi montes/Mela mons.
¶ Taprobanę adiacent Insulę numero 1378 quarum autem nomina traduntur hę sunt.
Carcos ins: 118.0 | 0.20 Aust
Philecus ins. 116.15 | 2. 40 Aust
Irena ins: 120.0 | 2. 30 Aust
Calaudadua 121.0 | 5.30 Aust
Arana ins: 125.0 | 0.35 Aust
Bassa ins: 126.0 | 6.30 Aust
Balaca ins: 129. 0 | 5. 30 Aust
Alaba ins: 129.0 | 4. 0 Aust

Sumara Insula	135.0|1.40.	Aust.
Zaba Insula	135 0|00.	Aequino:
Zibala Insula	135.0|4.15.	Septen
Magadiba Insula	135.0|8.30.	Septen
Susuara Insula	130.0|11.30.	
Amenina Insula	117 0|4.30.	
Monacha Insula	116.15|0.15.	
Aegidion Insula	118.0|8.30.	
Orneon Insula	119.0|8.15.	
Canathra Insula	121.40|11.15.	
Dangana Insula	120.15|11.20.	
Madagascar Insula	105.0|23.30.	Aust

¶ Hęc Insula habet nemora Sandalorum et omnia genera specierum. Habitatores sunt Sarraceni et Machometistę.

Circobena Insula	100.0|34.0.
Zanzibar Insula	115.0|40.0.
Zazibar ciuitas	116.0|37.0.
Omamorae Insul	132.0|27.30.
Dina Margabin	132.0|31.0.
Dina Arobij	135.0|32.0.
Jona Insula	145.0|28.0.
Callenzuam Insula	157.0|32.0

¶ In Oceano Orientali Insulę.

Zipangri Insul	650.0|15.0.
Zipangri ciuitas	263.25|18.0.
Colobę ciuitas	261.30|12.30.

Hęc Insula distat a littore .300. quasi mili: habitatores sunt Idolatre/ habent Aurum in copia maxima et lapides preciosos.

Candin Insula	250.0|24.0.
Candur Insula.	204.0|13.0.
Sandur Insula:	204.0|130.

Hic videtur mire magnitudinis pisces habentes vnum tantum oculum in fronte.

Jaua maior Insula	225.0|20.0
Jaua ciuitas	223.54|15.15

Cobale ciuitas. 220.0|17.30.

Hęc Insula habet siluam nucum muscatarum et Aromatum copiam /et omnes inhabitatores sunt Idolatrę.

Necura Insula 210.0|23.30.

Sunt Idolatrę. habent Sandali copiā et aromatum.

Peutam Insula 204.0|25.0.

Sunt Idolatrę.

Angana Insula 220.0|34.0.

Idolatrę habentes capita quasi canina.

Iaua minor 210.0|40.0.

Ferlech eius ciuitas 201.0|34.15.

Furfur ciuitas 201.0|39.0.

Ista Insula habet. 8. Regna & sunt Idolatrę.

¶ Hęc de Insulis Asiaticis.

Insulae Americae Adiacentes.

Americę medium 330.0|10.0. Aust:

Eius latitudo est quasi. 525. mili: Ger: Longitudo eiusdem quasi. 750. mili: Ger:

¶ Descriptio eius littoralis: versus Hispaniam.

Archay Chersonesus 303.0|5.0.

Montana altissima 312.0|3.50.

Caput de Stado 317.0|2.30.

Sinus dulcis Aquę 322.0|5.0. Aust

Rio Grande 329.0|4.30. Aust

Cambales fl: ostia q̄i 332.40|4.0. Aust:

S. Rochi 341.0 | 8 15 Aust
S. Vincentij pui: 343.0 | 12. 0
Caput S. Crucis 345.0 | 14.0
Rio S. Jacobi 356.0 | 23.30
Rio de S. Lucia 341.0 | 26. 0
Littus reliquum occidentale permansit incognitum

¶ Insule superiacent Americe.

Riqua parua 296.0 | 10. 0
Riqua magna 300.0 | 9.0
De gigantibus 308.0 | 7.70
Debrasil 305.4 | 6.10
Laponta 318.30 | 4.0
Spagnolla in qua reperitur lignũ Guaiacum.
Eius medium 315.0 | 20.0
Insule adiacent huic versus affricã innumerabiles.
Mari gallante ins: 334.0 | 17. 30
Todosanctos ins: 332.30 | 17.0
Desorana ins: 333.0 | 18.0
De gadalupo ins: 331.10 | 18.30
Isabella aut Cuba 305.0 | 23. 30

¶ Adiacentes huic.

Januacanaca 307.0 | 18.30
Carij ins: 310.20 | 24.30
Sarmento ins. 310.0 | 28.15
Magna ins. 312.5 | 27.12
Cartaga ins. 315.10 | 22.15.

¶ Sequit̃ Parias Insula que et Secuba dicitur et eius littoralis descriptio.

Medium eius 258.0 | 44. 0
Secundũ latitu: ab 11. in 50 quasi gradum extensa.
Casta de mari litt. 293.0 | 46.30
Caput de Bonauentura 294.
Sin⁹ magn⁹ parie 283.0 | 29.0
Chersonesus 287.30 | 23.30
Alterum latus pmansit incognitũ.
Viridis Ins. 347.0 | 14.0

¶ Explicit Insularum enarratio.

¶ Excusum Landshutae Typis ac formulis D. Joannis Weyssenburgers: impensis Petri Apiani. Anno Christi Saluatoris omnium Millesimo/ quingentesimo/ vicesimo/ quarto/ Mense Januar: Phebo Saturni domicilium possidente.

Appendix.

¶ Et si Cosmographicū opus Lect: humaniss. cōclusimus: hic tamen placuit ostendere: quo modo horę noctu ex lunarj radiatione ꝛ stellarū non errantium motu venandę sint. Crebris enim ac sedulis hortatibus a fratre meo Georgio Apiano rogatus sum vt de horarum noctis obseruatione aliquid scriberem: cuius precibus semel atq̧ iterum: vt potui: obtemperaui: illudq̧ organum excogitaui atq̧ subiunxi. Neminem quippe inficias ire arbitror: quod tam magna sit delectatio in horarum noctis deprehensione: quam et maxime ad Cosmographię cognitionem scire oportet. Igitur de eius partibus dignoscendis paucula quędam et notatu digna annectere proposuimus.

Horam vsualem noctu ex radijs Lunaribus mediante Compasso prope verum cognoscere.

¶ Luna radiante aptabis Compassum (vt assolet) super aliquo plano: taliter: ꝙ lingulę seu forcellulę correspondeant deinde considera horam quā vmbra fili palā facit. Poteris etiā si placet ex alio quocūq̧ siue verticali siue horizontali horā instumento lunarem obseruare: cum qua intra rotula sequentem: ꝛ quere consimilem horam in horis dierum: hoc est: in superiori semicirculo: super quam situetur index lunaris cum sua linea fiducie: ꝛ firmato indice: circumuolue rotulam cum indice solis tamdiu donec eius linea fiducię super etatem lunę incidat. Tunc enim in horario limbo solis index horam quesitam ostendit.

¶ Aliter idem arithmetica supputatione indagare.


¶ Considera horam quam radius lunaris in Compasso vł quocūq̧ instrumento scioterico demonstrat: et eam serua. Deinde multiplica etatem lunę cum 12. gra: 11. mi: et quod exit: diuide per 15. quotientē iunge cum horis prius seruatis: erit hora noctis quesita.

¶ Idem faciliori computo inuestigare.

¶ Duc etatem lunę in. 7 3 1. numerum ex hac multiplicatiōe procreatum diuide per. 9 0 0. quotiens ostendit horas addendas: residuum vero pro minutijs horarum teneto.



Sequitur Instrumentum Noctis.



¶ Quo aũt pacto per hoc organum noctu horę ęquales ex lunari radiatione extra etatem lunę addiscendę sint paucis absoluã. Inuestigaturus igitur horam absq3 lunę etatis consideratione: animaduerte diligenter Lunam in cęlo lucentem quanta sit: et diligenti contemplatione aduertatur an solem precedat subsequaturue. Quibus cognitis statuenda est regula lunę in limbo horario super horam quam filum ipsum in compasso ostendebat. Qua sic permanente volue rotulã Solis donec luna in eius foramine et ea in quantitate videatur qua in cęlo per visus contemplationem reperta fuerat. Concito enim Solis index in limbo horario ostendit horam noctis quesitam. Dixi per visus contemplationem. Luna quippe luminare min⁹ et noctis domina mutuato lũine quo ad mũdum sęmper semiplena est. Illa enim corporis Lunę medietas (quę vergit ad solem) aut parum plus: pp amplissimam magnitudinem a Sole irradiatur: quia sol lunę cęterisq3 syderibus suum lumen fœnerat ac ministrat. Reliqua vero medietas pp sui corporis indiaphoneitatem perpetuo ecclipsatur. Verum quo ad nostri visus coniectationem crescit ac decrescit. Quolibet enim mense consecutorio aut menstruo luna semel soli coniungitur: Deinde post duodecim Zodiaci signorum transgressum iterum cum sole congreditur. Igitur mutuata luminis quantitate nobis indies aliter atq3 aliter apparet: in congressu vero minime: quia tũc superior pars lune: que a nobis remota est: a phebo est incensa et combusta: pars inferior (quę in sequenti figuratione nigro aut pullo colore depicta est) pp suam opacitatem denegat nobis splendorem lunę. Dein quãto magis recedit a sole tanto magis crescit/vsq3 ad eius dyametram radiationẽ a qua iterum ad phebeum congressum vertendo euanescit.

¶ Regula Generalis.


¶ Luna crescens sequitur solem et statim post occasum solis supra horizonta apparet et pars illuminata vergit ad occidentem. Luna vero decrescens precedit solem: supraq3 horizontem matutino tempore apparet. Eius quoq3 signum est: si pars adusta ad exortũ dirigatur. Semper enim (vt paucis multa concludã) pars lunę illuminata respicit Solem.

Luna Crescens

Congressus siue Coniunctio Solis et Lunae

Luna Decrescens





Prima Quadra Crescente Luna

Oriens

Occidens

Quadra Secunda Luna Decrescente

Dyametra Radiatio siue Oppō Solis et Lunae

¶ Qualiter ex stellarum fixarū motu nocturno tempore horę venādę sint paucis absoluā. Fiat primum rotula parua cum manubrio in simi litudine rotulę sequentis: quam diuide in vigintiquattuor horarum spa cia. His perfectis aptabis regulam seu Indicem in longitudine tanta: vt a centro rotulę vltra limbum protendatur. Hanc itaq; regulam pone super centrum rotulę: et fac vnum foramen rotundum in qd mittatur cla uus cum foramine rotundo⁹ qui ambo constringit: Ita vt index hac atq; illac volui possit.

Vt Euidentissime Patet In Figura Sequenti.


Ecce Figuram.



Usus huius Instrumenti.

¶ In stellifera noctis claritate subleua rotulam cum manubrio vers⁹ septentriōem et moue rotulam huc et illuc donec radius visualis ab oculo tuo per centrum instrumenti ad stellam polarem transeat: similiter extra rotulam idem radius ad extremas duas stellas maioris vrsę seu rotas plaustri protendatur: et tam diu leua aut summitte indicē donec eius linea fiducię super radialem lineam incidat. Tunc enim considera horā limbi ⁊ eius partem: quam regula abscindit: cum qua intra figuram precedentem: hoc pacto. Pone indicem maioris vrsę siue plaustri super horam iam inuentam: indice inuariato manente situetur regula solis sua fiducię linea super diem tuę considerationis: et ostendit in inferiori parte limbi horam quesitam: quam inuenire oportebat.

¶ Libri de Geographicis principiis Finis.
Perfecto / trinoq; deo laudes
ingentes. Anno humanę
salutis. 1524.















HENRICI

GLAREANI, POETAE LAV
REATI DE GEOGRA=
PHIA LIBER VNVS,
AB IPSO AVTHORE
IAM RECOGNITVS.

BASILEAE.



CLARISSIMO

POLONIAE BARONI, D. IOAN-
NI A' LASKO, DECANO ET
Adminiſtratori Gneznen̄. &c. GLA-
REANVS S. D.



NTER DISCIPLINAS LIBE*rales, quæ citra controuerſiam plurimum adfe runt utilitatis uitæ mortalium, ornatiſsime uir, mea quidem ſententia præcipuus locus debetur Geographiæ, non tantum ob id, quod abſq; hac cæca eſt omnis ueterum authorum lectio, ſurda rerum geſtarum narratio, uerumetiam quod in publicis conſultationibus, in'que dirimendis controuerſijs, quoties de ditionis finibus ambigunt principes, uel fideli conſilio, uel æquo iudicio iuuat ciuitatem. Nihilo ſecius interim & in priuatis actionibus plurimum adferens & commoditatis, & uoluptatis. Eóque priſcis illis cæteræ diſciplinæ diſci ſolent, hæc etiam ediſci: idq; protinus à teneris, ut aiunt, unguiculis. Hoc igitur operæ ſuſcepi, partim quod uiderem fatali quadam calamitate, peſſum ire quicquid eſt liberalium diſciplinarum: partim quod hæc ars ſic eſt à ſuperioribus prodita, ut uel difficultate uulgus deterreant, uel rerum confuſione, lectorem non inſtitutum huius diſciplinæ principijs ita circumagant, ut ſemper diſcat, perdiſcat nunquam, ne quid interim loquar de ijs, qui tradiderunt, quod ipſi non intellexerunt. Nam ut Ptolemæi Geographia, ſummum huius negotij*

artificium

artificium, non conuenit rudibus, ita multum erroris est in elenchis adiectis. Strabo Homericæ Philosophiæ admirator, ac diligens rerum omnium indagator, Chorographiam nobis uerius, quàm Geographiã tradidit. Ipsius Procli sphæra nimis concisa est, & ad horizonta Græciæ non absq; magna duorum circulorum confusione descripta.

Ioannis autem à Sacro busto, ut uocant, tractatus, in uniuersum quidem à me non reijcitur: quæ tamen de parallelis, ac climatibus scripsit, planè mutila sunt, ut in opere nostro demonstrabimus. Stephanus indicem descripsit, cui fidere multum non ausim. Et nominum mutilatio apud eũ multam inducit obscuritatem. Deniq; ex Plinio, Pomponioq; Mela, quid fructus feret, qui nõ imbutus huius disciplinæ rudimentis accesserit? De Macrobio, cæterisq; similibus, non habeo pronunciare quid sentiam, cum multi eorũ, ut penè ueteres omnes, in terræ situ aberrarint. Quoniam aũt iuxta Flaccũ, cœpisse dimidiũ facti est, quo plures ad huius disciplinæ studium accẽderemus, uiam aperuimus, ac semitam compẽdiariam commõstrauimus, quasiq; filum porreximus, quo citra errorem ex aliorũ labyrinthis sese lector poßit explicare. Et si pateris, ut aliquid gloriosius de me ipso prædicem, quanq̃ arbitror hoc me uere posse dicere, sic in hoc libello me geßi, ut cãdidus lector confessurus sit, me nec temere, nec sine fructu lectorum, hanc post tot egregios scriptores suscepisse prouinciam. Cæterũ ut hoc, qcquid est lucubratiunculæ tuo nomini dicarẽ IOANNES Laskanæ gentis, imò totius regni Poloniæ præcipuũ decus, partim in causa fuit hortator, Magnus ille ERASMVS Roterodamus: quem ego uirum cũ ipsius maxime merito, ut parentem coluerim semper, plurimiq; fecerim, tamen longe charior esse cœpit, posteaq̃ animaduerti quanti tu illũ faceres: Partim, ut tuũ desyderium saltem hoc pacto lenirem: Partim, ut huic opusculo te uel iudicẽ præberes, uel protectorem. Postremo, ut iuuẽtus tuo exẽplo prouocata, libẽtius hasce disciplinas amplecteretur,

quas omnes tu ista ætate, ista nobilitate, tanto studio, & amplexus es, & absoluisti. Nimirum non incassum præluxit tibi Reuerend. in Christo Pater D. Ioannes à Lasko patruus tuus Archiepiscopus totius regni Poloniæ, ac ipsius Victoriosissimi, Illustrissimique SIGISMUNDI *Regis oculus. Cuius Præsulis animi dotes cum recensere audimus, cum uitam eius innocentem, ac uere Christianam, non multum desyderare uidemur ueterum Episcoporum exemplum, nascentisq; ecclesiæ lumina. Sed laudum iamdudum sat est. Glareanum nosti, quàm ingenue dicat quæ animo sentit, minimeq; aliud in pectore, aliud in lingua habeat. Vale literarum unicum decus ac præsidium. Basileæ ex Collegio nostro. Anno à natali Christi,*

M. D. XXVII.

HENRICI GLAREANI HELVETII, POETAE LAVREATI DE GEOGRAPHIA LIBER.

DE GEOMETRIAE PRINCIPIIS AD SPHAERAE ASTRONO- *micæ notitiam necessarijs.* CAPVT .I.

f IGVRA EST, QVAE TERMINO, *uel terminis clauditur. Termino, ut circulus, Terminis, ut reliquæ figuræ.*

Terminus est cuiusque rei finis.

Figura plana est, cuius medium neq; subsultat, neq; ab extremis egreditur.


Circulus est figura plana, una quidem circunducta linea contenta, in cuius medio punctus est, à quo omnes rectæ lineæ, ad cicunductam lineam eiectæ, sibi inuicem sunt æquales.

Circunferentia est linea quæ circulum continet, ad quam lineæ rectæ, ac sibi inuicem æquales, educuntur. Hæc aũt & ambitus, & circuitus, curuaturáq;, & nonnunquam, licet ἀκύρως, *circulus à Latinis dicitur. Græcis uero* περιφέρεια.

Centrum circuli, est punctus ille, à quo omnes lineæ rectæ, ad ambitum circuli eiectæ, inuicem sunt æquales.


Linea recta est, quæ ex æquo sua puncta interiacet. Vel, breuissima à puncto ad punctum extensio, ut hic, a.

Lineæ parallelæ æque distantes sunt, ita, ut si in infinitum protrahantur, nunquam concurrant. Quales sunt quæ fiunt à rotis currum, ut hic, b.



Diametrus circuli, est quæuis linea recta per centrum circuli transiens, utrinque ad circunferentiam circuli pertingens. Hæc linea latine dimetiens dicitur.

Dimidius circulus, est figura plana, diametro circuli, & medietate peripheriæ contenta.



Exemplum harum definitionum, a b c d e, tota superficies circulus est, a b d c circunferentia. b c, uel a d diametrus. e, pũctus, centrũ circuli est. a b c dimidius circulus. e b, e a, e c, e d, lineæ à centro ductæ inuicem æquales.

a b e, quarta circuli pars, qui & quadrans dicitur.

Angulus fit ex duarum linearum mutuo contactu. Est enim figuræ particula, à lineæ contactu in amplitudinem surgens.


Angulus rectus est, qui ex linea super lineam cadente, & utrinque altrinsecus duos inuicem æquales angulos faciente, causatur.

Obtusus angulus est, qui recto maior. Acutus, qui recto minor.


Angulus rectilineus est, qui ex rectis lineis causatur: aut quem lineæ rectæ continent.

Exemplum

Exemplũ, a d b, et a d c, anguli recti. b d e, angulus obtusus & recto maior. e d c angulus acutus & recto minor.



Angulus curuus, siue circularis est, quem lineæ curuæ, siue circulares causant, ut in sectione circulorum fieri uidemus.



Angulus sphæralis est, quem duo circuli sphæræ suis circumferentijs cõtinent, quales in quouis globo fiũt ex intersectione circulorum.

Aristoteles sexto Physicorum ostendit neq; lineã fieri posse ex punctis, neq; superficiem ex lineis, neq; corpus ex superficiebus. Mathematici tamen imaginãtur ex fluxu puncti in longum, fieri lineam. Item ex fluxu lineæ in latum, superficiem. Deniq; ex transitu superficiei, cum uelut desidere ipsam imaginamur, fieri corpus. Sunt enim tres dimensiones in Mathematicis, Longitudo, ut in linea: Latitudo, ut in superficie: Profunditas, siue craßities, ut in corporibus.

DE PRAECIPVIS PARTIBVS TOTIVS MVNDI. CAPVT .II.

SCiendum primũ uniuersum mundũ rotundũ esse, ac oẽs principales eius partes, quarũ sunt secundũ uulgatã diuisionẽ, quindecim, ubi superius corpus ꝑpetuo circundat inferius omni ex parte, penè sicut tunicæ superiores in cæpis circundant inferiores. Est aũt infimũ terra, quæ grauitate sua pressa, ad centrũ immota recũbit. Deinde alia hoc ordine ascẽdendo, Aqua, Aër, Ignis, Sphæra lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni, Cœlũ stellatum, quæ & octaua sphæra dicitur.


Cœlum Empyreum.
Cœlum decimum, ſiue primum mobile.
Cœlum aqueum, ſiue Cryſtallinum, ſiue nona ſphæra.
Cœlum octauum, Stellatum, græce ἀπλανής.
♄ Saturni.
♃ Iouis.
♂ Martis.
☉ Solis.
♀ Veneris.
☿ Mercurij.
☽ Lunæ.

sphæra dicitur, & ἀπλανὴς à Græcis. In ea sunt omnes stellæ, exceptis septem Planetis. Nona sphæra, quæ stellis omnibus caret. Decima quæ & primum mobile, & ipsa absq; stellis est. Vndecima, quod cœlũ Empyreum à Theologis nominatur. Totus itaq; mundus ex quatuor elementis est parte corruptibili, et undecim cœlis parte incorruptibili. Est autem hæc diuisio secundum substantiam.

DE MOTIBVS CORPORVM TOTIVS VNIVERSI. CAP. III.

OMne corpus mouetur uel sursum, ut leuia, Ignis atq; Aër: Vel deorsum, ut grauia, terra & aqua: Vel secundum circulum, ut cœlestia corpora. Motus sursum uocatur motus à medio, id est, centro terræ. Motus deorsum, ad medium: quia ad centrũ terræ. Motus circularis autem dicitur motus circa medium, id est, centrum. Motus igitur sursum & deorsum non in infinitum sunt, sed usque ad sphæram lunæ, ac centrum terræ. Ergo antipodes non minus, quàm nos, ad centrum terræ natura tendunt. Recte quoque à Poëta dictum est: Cœlum undiq; sursum.

Decima sphæra, quæ & primum mobile, unico mouetur motu, ab oriente in occidentem, super polos mundi, & æquinoctialem. Hic motus omnium notissimus est, circulumq; totũ absoluit intra .24. horas. Hic etiam omnia corpora inferiora secum rapit. Quanto igitur corpora ab ea sphæra plus distant, tanto tardius mouentur eo motu. quod potissimum apparet in luna. Hæc enim intra.28. fermè dies totam circuitionem perdit, quod motum eius sphæræ assequi non potest. Porrò hic motus simplex est, & uniformis, & regularis.

Sequitur nona sphæra, quæ duos habet motus. Vnum superioris sphæræ, de quo iam dictum est. Alterum ex se, et ex sua natura, ab occasu ad ortum super eclipticam lineam, & polos zodiaci. Multi illum uocant, motum defectionis, propterea, quod omnes inferiores sphæræ

deficiunt à perfectione primi mobilis.

Octaua sphæra tribus mouetur motibus, decimæ sphæræ, nonæ sphæræ, & suo proprio motu, qui est à Septentrione in Meridiem, superq; principia Arietis & Libræ. Et uocatur motus trepidationis. Hanc sphæram omnis antiquitas credidit primam esse, nec aliam super eam. Verum Neoterici duas alias inuenerunt, persuasi rationibus quibusdam, quas non piguit adscribere, ut si quid utilitatis ex ijs haberi poßit, non desint studiosis. Itaq; notandum, quod omne corpus, uel est simplex, ut quatuor elementa & cœlum: Vel mixtum, ut alia omnia. Item per se mouetur, quod ab interna natura habet, cur sic moueatur, ut lapis deorsum. Per accidẽs uero, quod ab externo aliquo mouetur, ut lapis sursum per iacientis uim mouetur.

Sunt autem hypotheses, siue à Physicis postulata.

Cuiusuis corporis simplicis unicus est motus per se. Item, Omne corpus, quod pluribus mouetur motibus, unum per se habet, alios per accidens. Item superior sphæra mouet inferiorem, non aũt contra.


Item, stellæ mouentur ad motum sphæræ, quemadmodum clauus ad motum rotæ. Est enim stella densior sui orbis pars, ait Aristoteles libro secundo de cœlo & mundo. Experimento autem constat, octauam sphæram tribus moueri motibus, Necesse igitur est duo supra eam esse corpora. Et quamuis ea uisui subiecta non sint, rationibus tamen efficacibus illic esse demonstrantur. Sunt autem hi tres motus, primus, decimæ sphæræ, secundus nonæ, tertius octauæ, ab septentrione in meridiem, super principia Arietis & Libræ, ut iam dictum est. At hæc pluribus, quàm oportuit egimus, potißimum tamen hac de causa, quod postea in circulorum descriptionibus, motus primi mobilis frequens introducitur. Cuius uero sphæræ sit, certo definire, nostrum negotium ut non multum iuuat, ita haud magnopere impedit etiam si ignoretur. Idẽ sentio de longa ac operosa tractatione Planetarum, ac eorũ motu, quippe quæ ad hanc nostram scientiam nõ exigantur. Geographus enim ab

Astrologo excussa, ac recte demonstrata, tanquam hypotheses accipit. Qua de re oppido quàm pulchre ac copiose Strabo lib. 2. disseruit. Sat erit nobis, qui epitomen scribimus, de sphæræ rudimentis iuuentutem admonuisse, ac qua poterimus facilitate duxisse. Debent itaq; eius rei nouitij auditores, perpetuo in memoria habere quatuor mundi plagas, orientem occidentemq; solem, Meridiem et Septentrionẽ, ut quorsum quæuis regio uergat, intelligant.

QVID SPHAERA, AXIS, POLI, quæ polorum nomina. CAP. IIII.

Sphæra est (ut ait Euclides libro. xi. Elementorum) quando semicirculi manente dimetiente, circunductus semicirculus in seipsum rursus reuoluitur, unde incœpit circũassumpta figura. Hæc definitio causalis est, & imaginaria, ut pleraq; sunt Mathematicorũ. Imaginantur enim Mathematici, ex infinitis superficiebus fieri corpus.

Exemplum. Sit semicirculus a b c. eius dimetiens immobilis, a c. quod si circũagatur semicirculus ille, sphæram fieri intelligimus.



Theodosius autem in libro de sphæris ita ait; Sphæra est solida & corporea figura, una quidem conuexa superficie contenta, in cuius medio punctus est, à quo omnes rectæ lineæ, ad circunferentiam eductæ, inuicem sunt æquales. Et hæc definitio propria est, naturam sphæræ ad amußim exprimens.

Axis sphæræ, est linea recta, per cẽtrum sphæræ acta, circunferentiæ ambas

tiæ ambas extremitates attingens, circa quam ſphæra uoluitur, quemadmodum rota circa axem.


Poli, qui & cardines & uertices dicuntur, ſunt puncta axem terminãtia. Omnis enim linea duobus finitur punctis. Poli itaq; duo ſunt. Alter qui nobis in Europa, & maiore parte Aſiæ habitantibus, perpetuo apparet. Hic & Arcticus dicitur, & Borealis, & Aquilonicus, ac ſeptentrionalis. Alter oppoſitus huic, qui Antarcticus dicitur, & Noticus, ſiue meridionalis. Is à nobis nunquam uidetur, ſed ab antipodibus, quos eſſe, certo conſtat.

QVO PACTO SPHAERA DIVIDAtur, quid recta, quid obliqua ſphæra. CA. V.


SI, ut ſupra diximus, ſphæra in æthereã, & elemẽtorum corporæ diuidi intelligitur, erit ſecũdum ſubſtantiam diuiſio. Quemadmodum ſi animal in hominem, equum, leonem, reliquasq; eius ſpecies diuidas. Altera uero eius diuiſio eſt ſecundum accidens, in rectam et obliquam. Sphæra recta eſt, quando uterq; polus in horizonte cõſpicitur, & æquator ſupra caput apparet. Sphæra obliqua eſt, dum alter polorum uiſui patet, alter occulitur, ut nobis in Europa degẽtibus. Vbi conſiderandum, quod ubicunq; homo ſit, medium cœli illi ſemper apparere cæteris paribus. Dum ergo homo ſub æquatore eſt, utrunq; polum conſpicit in horizonte. Sin ab æquatore cedet, alter polus abſcondatur, alter eleuetur neceſſe eſt. Et quantum ab æquatore diſceditur, tanta erit polorũ uariatio. Hinc eſt dictum apud Geographos, tantam eſſe poli ab horizonte eleuationem, quantum punctus uerticis (quẽ zenith uocant) ab æquatore ſemotus fuerit. Exemplum ſphæræ rectæ. a b c, media ſphæra & recta. b d, æquatoris dimidietas. a c, poli in horizonte. a d c, axis ſphæræ, ſiue rectus horizon.

Exemplum ſphæræ obliquæ. a b c d, media ſphæra et obliqua. b e, dimidium æquatoris. c, polus. c e, dimidius axis. a e d, horizon obliquus, ut eſt in noſtra ſphæra.

Sphæræ rectæ exemplum.



Exemplum ſphæræ obliquæ.



DE DECEM CIRCVLIS QVOS IN *Cœlo Aſtrologi imaginantur.* CAP. VI.

Circuli in ſphæra ſunt duplices. Alij ſunt maiores, qui ſphæram in duo æqua diuidunt. Alij ſunt minores, qui non in duo æqua, ſed in maius & minus ſphæram ſecernunt. Circulorum maiorum ſunt ſex, Aequator, Zodiacus, Colurus æquinoctiorum, Colurus

solstitiorum, Meridianus, & Horizon. Minorum circulorum sunt quatuor, Arcticus, Antarcticus, Tropicus Cancri, & Tropicus Capricorni. Sunt ergo decem in uniuersum.

Aequator est circulus maior, omniquaq; suis partibus æque à polis distans. Sic dictus, quoniam cum sol in eo est, nox diei omnino æquatur, & contra, dies nocti. Alio nomine Aequinoctialis, & Aequidialis dicitur. Contingit autem æquinoctiũ bis in anno, semel mense Martio, in principio Arietis. Iterum mense septembri initio Libræ. Est autem tum æquinoctiũ per uniuersum orbem. Intelligitur autem circulus hic cœlum medium ambire sua circumferentia. atque ob eam causam primæ sphæræ cingulus dicitur.

Zodiacus est circulus maior, Aequatorem in duobus punctis, quæ sunt principia Arietis & Libræ, dirimens, cuius una medietatum ad Septẽtrionem, altera uero ad Austrum uergit. Latini eum Signiferum uocant. In media autem Zodiaci superficie (solus enim hic circulus latitudinem habet duodecim partium, qualium maximus circulus trecentarũ sexaginta) linea est, ipsum in duo æqua partiens, & ultro citroq; sex latitudinis gradus relinquẽs. Hæc Ecliptica dicitur: eò quod Solis Lunæ'ue eclipsis nunquam contingat, nisi sub ea ambo corpora consistant. Fieri autem non potest, ut Zodiacus eosdem habeat polos cum Aequatore, ergo eius poli à polis mundi distant gradibus. 23. & minutis. 51. hoc est ferè. 24. Sed obiter hic notandæ sunt quinque hypotheses ad intelligendas Eclipses, Solis ac Lunæ. PRIMA.

Solem semper sub Ecliptica esse linea, non etiam cæteros Planetas.

SECVNDA.

Lunam non habere per se lumen, sed à Sole accipere.

TERTIA.

Terram esse longe maiorem Luna.

QVARTA.

Non fieri Eclipsim, nisi secundum diametrum.

Quinta


QVINTA.

Lunæ corpus densum esse & minime translucidum.

Est igitur Eclipsis *solis, quando Luna inter terram Solemq́; secundum diametrum locatur. Lunæ uero* Eclipsis *est, quando terra inter Solem Lunamq́; secundum diametrum ponitur.*

a b c d, linea ecliptica. e, terra. b d, diametrus, per centra trium corporum means. d, Sol. b, Luna. umbra, e b.


Eclipsis Lunæ.



Eclipsis Lunæ potest esse uniuersalis, Solis uero minime.

Eclipsis Solis.

f g h i, Solis sphæra sub ecliptica. m, luna. l, terra. umbra, m l.



Hæc hactenus de Eclipsibus.

Cæterum Zodiacus in duodecim signa diuiditur: quorum sex sunt arctica, siue septentrionalia: Sex item antarctica, siue australia. Arcti ca sunt hæc, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo. Australia hæc, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces.

Coluri in sphæra, duo sunt circuli maiores, q ad angulos rectos & sphærales se intersecant, diuiduntq; quadrãteis zodiaci et æquatoris. Sic dicti, quod Græci κολοῦρα mutila uocant et imperfecta, queãdmodum sunt coluri in cœlo. Apparent enim dimidiati supra horizontem.


Colurus solstitiorum, est circulus maior per principia Cancri, & Capricorni

Capricorni, per polos Eclipticæ, pariter & polos mundi transiens. Hic & declinationum circulus dicitur.

Colurus æquinoctiorum itidem circulus maior est, per principia Arietis & Libræ, pariter ac polos mundi transiens.

Meridianus est circulus maior, per punctum uerticis et polos mundi transiens. Est autem punctus uerticis, qui recte supra rem ipsam ponitur, uelut in perpendiculo uidemus. Hic etiam zenith uulgo dicitur, ac oppositus ei punctus Nadir. Nos non incommode (opinor) punctũ pedum appellare possumus.

Linea meridiana autem sic inuenitur: In planum cum Horizonte æque iacentem circulum pinge, stilumq; è medio ad perpendiculum erige, qui umbram in circuli planiciem iaciat. Porrò tum consyderanda est ascendentis solis & occidentis umbra à stilo facta. Nam ubi ea breuißima fuerit, scias Meridianum deducẽdum esse à stilo in extremum breuißimæ umbræ. Exemplum: Sit c oriens, b occidens,



Meridies.

a stilus erectus. umbra ab oriente in occidentem iacta maxima, a b. breuior a d, & adhuc breuior a e, breuißima aũt a f in septentrionem iacta. Nam sequentes umbræ in ortum a g, a h, & a c, ita crescunt ordine, ut priores decreuerunt. Est igitur a f linea meridiana.

In horologijs nostræ ætatis, lingula illa tremula, quæ circumuolui tur, lineam meridianam ostendit, quanquam non prorsus ad amußim. Neq; enim eodem meridiano nobiscum, inuenitur lapis ille, sed aliquanto magis orientali. Ac eius auriculæ Septentrionem, tinctæ magnete, qui in ijs regionibus reperitur.

Horizon, quem finitorem quoq; dicunt, est circulus maior, superius hemisphærium ab inferiore diuidens. Estq; is, in quem sub dio consistentium, circumducentiumq; oculos, uidetur obtutus deficere, qui et partem cœli uisam, à non uisa dirimit. Diuersarum autem regionum uarius est horizon, & omnium horizontium capitis uertex, polus dicitur. Nam tale punctum omniquaque ab finitore, atq; ipso horizonte æque distat. Hactenus de circulis maioribus.

Arcticus, circulus minor est, quem polus Zodiaci ad motum primi mobilis, circa polum mundi arcticum describit.

Antarcticus, est circulus minor, quem alter polus Zodiaci, circa polum mundi antarcticum, ad motum primi mobilis efficit. Per Polum Zodiaci intelligimus punctum ab ecliptica (de qua ante diximus) omni parte æquæ distantem. Est itaq; alter ad Arcticum, alter ad austrum. Distant autem à polis mundi. 24. gradibus fermè.

Tropicus Cancri, est circulus minor, quem Sol, dum longißime ab æquatore in Boream deflexit, ad motum primi mobilis describit. Hoc autem fit, dum Sol principium Cancri intrat. Dicitur etiam tunc Solstitium, quod Sol non ultra ad nos procedat.

Tropicus Capricorni, est circulus minor, quem Sol, dum longißime ab Aequatore in Austrum deflexit, ad motũ primi mobilis, efficit. Fit autem hoc, cum Sol principium Capricorni attingit. Cæterum id tempus Brumam uocant Latini scriptores.

Declinatio Solis est, dum ab Aequatore ad Tropicos Sol discedit. Arcus uero Coluri, interceptus à Tropico & Aequatore, distantiam eius habet.

eius habet, quæ est. 24. graduum fermè. Tantum enim etiam Tropici ab Aequatore distant, et poli Zodiaci à polis mundi, ut iam dictū est.

Ascensio declinationi contrario modo intelligitur, dum Sol à Tropicis Aequatori appropinquat, quanquam sensibile iudicium dicit Solem ascendere, dum ad Tropicum Cancri descendit: descendere uero, dum à Cancro ad Aequatorem cedit, cum potius tamen ascendat.

DE COMPOSITIONE MATERIALIS SPHAERAE, ATQVE INIBI DE Circulorum Theoria. CA. VII.

SPhæram materialem si quis componere uelit, hoc modo agat. Primum Coluros extruat, qui ad angulos rectos sphæralesq; se intersecent. His, si ita uidebitur, axem aptet. Dein æquatorem cum ambobus Tropicis, sed Aequatorem in medio, Tropicos ab Aequatore distantes. 23. gradibus, et. 51. minutis, hoc est quod nunc toties diximus. 24. gradibus fermè. Sed notandum, primum circulis per quadrantes diuisis, ipsorum quidem quadrātum singulorū esse nonagenos gradus. Quare secundum eam theoriam oportet reliqua spatia diuidere in circulis. Exempli gratia. Quadrans ita diuiditur, Primo in tres æquas partes. Et hæ deinde rursus in ternas alias. Deniq; hæ singulæ in denas. Atq; ita in quouis quadrante. 90. gradus emergunt. His ita habitis, facile est reliqua uel demere, uel addere. Nam unica hac distantia seruata. 24. fermè graduum, spacia in sphæra facile noscuntur. Tot enim gradibus distant Tropici ab Aequatore, atq; Arctici à suis polis, & Zodiacus ab altero Tropico ad alterū ita ponitur, ut ecliptica ambos contingat, scindat aūt Aequatorem super Coluro æquinoctiorum, appropinquet uero polis super Coluro solstitiorum. Postremo Meridianus & Horizon aptentur secundum ipsorum descriptionem, & parata est Sphæra, quantum Geographico negotio usui est.

Integrum est res tota, aut rei pars, quæ sexagenaria diuisione non

prouenit. Minutum est sexagesima pars integri. Secundum est sexagesima pars Minuti. Tertium, sexagesima pars Secundi: atq; ita deinceps secundum multitudinem unitate crescentem. Exemplum in circulis. Zodiacus diuiditur in.4. æquas portiones, quos quadrantes uocamus, Quadrans in tria signa, Signũ in.30. gradus, Gradus in.60. minuta, Minutum in.60. secunda, Secundum in.60. tertia, &c.


Exemplum in tempore. Dies naturalis in.24. horas diuiditur. Hora in.60. minuta, Minutum in.60. secunda, Secundum in.60. tertia, & sic deinceps. Colligitur ergo quæ minuta præcedũt, esse integra: quæ uero sequuntur, esse partes integri.

QVID PER ELEVATIONEM POLI INTELLIGATVR. CA. VIII.

POrrò firmis rationibus demonstratum est ab Astrologis, ubicunque locorum homo fuerit, mediũ cœli illi semper apparere. Hoc autem animaduertendum, in singulis regionibus, singulos esse horizontes. Deniq; illud etiam operæpretium est notare, si homo sub æquatore fuerit, illi apparere utrũq; polum in horizonte. Sin ab æquatore cesserit polos uersus, alterum polorum eleuari, alterũ deprimi, inuisibilemq; reddi. Atq; ut res clarior sit, exemplo hoc demonstrandũ est. Cede ab æquatore septentrionẽ uersus uno gradu, polus Arcticus uno gradu leuabitur, Antarcticus deprimetur, uerticis punctus, pedumq; itidem uno gradu cedent. Item si ab æquatore, ad Tropicum usq; Cancri iueris, leuatus est polus Arcticus.24. gradibus fermè, totidem Antarcticus depressus gradibus, tot etiam cessit punctus oppositus uerticali puncto, ac sic deinceps, donec sub ipsum polum concesseris. Quatuor itaq; hæc puncta, magnam huic negotio lucem adferunt. quare diligenter consyderanda sunt. Colligitur ex his, idem esse si dicas: polus noster.50. gradibus leuatur nobis, Siue, polus noster ab horizonte.50. gradibus distat, Siue, zenith nostrum ab æquatore.50. gradibus abest.

Est autem

Eſt autem hæc huius rei demonſtratio.



Sit Colurus noſtro Meridiano iunctus, a b f. horizon a e. zenith eius c. æquator b f. polus mundi Arcticus, d. erit c e, quarta circuli pars, & b d ſimiliter. Probatio. quia ſunt quadrantes à polis ad ſuos circulos. Sunt autem quadrantes circulorum maiorum omnes æquales. Porrò c d, cõmunis arcus eſt duorũ quadrantũ c e, et d b. Ipſo igitur dempto, reliqua erunt æqualia, uidelicet b c, diſtantia zenith ab æquatore, & d e eleuatio poli ſupra horizonta. Probatio. Si ab æqualibus æqualia demas, remanentia erunt æqualia.


DE QVINQVE ZONIS. CAP. IX.

Zona eſt ſpatium de ſuperficie cœli, ac eadem quidem proportione terræ, inter duos circulos minores comprehenſum. Sunt

autem circuli diuidentes zonas, quatuor, duo Tropici, Arcticus & Antarcticus. Porrò Aequinoctialis non diuidit zonas, sed unam zonam mediam secat, uidelicet Torridam. Neq; uero per zonas circuli intelligendi sunt iam dicti quatuor: cum zonæ uox superficiei sphæræ imposita sit. Nec ulli circuli in cœlo latitudinem habere intelligantur, uno excepto zodiaco. Nec obstat, quod circulus etiã superficies est. Latitudo enim eius non cingere sphærã, sed diuidere intelligitur, quanquam circuli peripheria etiam suo modo cingit sphæram. Hic illud notandum, quemadmodum in cœlo æquator est, ita etiam in terra, & eodem modo de alijs circulis minoribus. Est enim terra, quæ subiecta est æquinoctiali. Est item quæ subiecta est Tropicis, deniq;, quæ subiecta est extremis circulis. Atq; ita etiam de zonis intelligendum. Nam ut in cœlo quinq; sunt zonæ, ita sua proportione, quinque in terra. Id nemo exquisitius, nemo paucioribus uerbis, nemo tam docte descripsit, atq; Ouidius lib. primo τῶν μεταμορφώσεων.


Vtq; duo dextra cœlum, totidemq; sinistra
Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis,
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura dei, totidemq; plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu.
Nix tegit alta duas, totidem inter utranq; locauit,
Temperiemq; dedit, mixta cum frigore flamma.

Latitudo zonarum facile habetur, si quis sciat distantiam quinq; circulorum. Nam. 24. fermè gradus totum negotium uersant.



DE PARALLELIS, AC GNOMONVM RATIONE. CAP. X.

Dvplices sunt in Sphæra paralleli. Alij enim distinguunt gradus latitudinum, & illi pinguntur in mappa, nonnũquam quinis gradibus


Septentrio.
90
80
70
60
50
40
30
20
10
Occidens.
Oriens.
10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180
regionum
Longitudo regionum.
Latitudo
Paralleli.
10
20
30
40
50
60
70
80
90
Meridies.

nis gradibus, nonnunquam denis distantes, numerando ab æquatore polos uersus. Alij distinguunt differentias horarum diei artificialis. Nam quo magis ab æquatore disceditur, tanto maior uariatio accidit horarum. Hi autem paralleli non pinguntur in mapullam, uerũ marginibus adponuntur. Intelliguntur tamen per totam terram ab oriente in occidentem. ac de his nunc tractabimus. Vt autem intelligatur qua ratione positi sint, hæc prænotãda duximus, Quod longitudo regionum sumitur ab ortu in occasum, Latitudo uero à septentrione in austrum. Porrò latitudinem disterminant paralleli, mensurant meridiani. Longitudinem uero distinguunt meridiani, mensurant paralleli. Cum autem omnes meridiani in polo conueniant, omnes sibi inuicem sunt æquales. sunt enim maiores circuli. Paralleli uero, cum non habeant ubi concurrant (quippe sic non essent paralleli) necessum habent, ut alius alio sit maior, omnium uero maximus æquator. Et ipsi à meridianis inæqualibus arcubus intersecantur: quorum arcuum proportio sciri nõ potest, nisi ex totius circuli proportione ad maximum. Præterea notandum, sub æquatore habitantibus, semper esse diem nocti æqualem, duodenarum uidelicet horarum. Cuius causa est, quod horizon eorum omnes parallelos, quos sol describit, medios secat, ad angulos rectos & sphærales, æqualesq; arcus supra atque infra horizonta relinquit. Verum quo magis ab æquatore disceditur, tanto maiorem esse horarum uariationem, noctisq; & diei. Ergo ubi horarum uariatio est ab Aequatoris æqualitate uno quadrante, ibi aliquis nouus parallelus ab oriente in occidẽtem à Ptolomæo descriptus est, usq; in eum, qui per medium Hyberniæ, ubi propter sphæræ præcipitem coartationem, nõ quadrantibus proceditur, sed medietatibus, & paulo post totis horis. Est autem hæc subiecta descriptio ex Ptolomæi libro περὶ τῆς μεγάλης πραγματείας.

Sex.	17	16	48 32 minut.	27 $\frac{1}{2}$	67 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	188 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$	Per Borysthenis hostia	VIII.
	16	15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	46.51.minut.	25 $\frac{1}{2}$	63 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$	174 $\frac{1}{6}$	Per fontes Istri.	
	15	15 $\frac{1}{2}$	45.1.minut.	23 $\frac{1}{4}$	60	155 $\frac{1}{12}$ al. $\frac{1}{3}$	Per mediũ põtũ Eux.	VII.
	14	15 $\frac{1}{4}$	43 $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{12}$ al.	20 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	55 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$	144 $\frac{1}{4}$	Per Massiliam.	
	13	15	40.56.minu.	18 $\frac{1}{2}$	52 $\frac{1}{2}$	127 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	Per Hellespontum,	VI.
	12	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	38 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$	15 $\frac{2}{3}$	47 $\frac{1}{3}$	114 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$	Per Smyrnam.	
	11	14 $\frac{1}{2}$	36	12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$	43 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$	103 $\frac{1}{3}$	Per Rhodum.	V.
	10	14 $\frac{1}{4}$	33.18.minut.	10	39 $\frac{1}{2}$	93 $\frac{1}{12}$	Per mediã Phœniceã.	
	9	14	30.22.minut.	6 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	35 $\frac{1}{12}$	83 $\frac{3}{12}$	Per inferiora Aegypti.	IIII.
Amphiscij sex.	8	13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	27 $\frac{1}{5}$	3 $\frac{1}{2}$	31 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	74 $\frac{1}{6}$	Per Ptolemaida Thebaidos	
	7	13 $\frac{1}{2}$	23 $\frac{5}{6}$ 20. secũ.	0	27 $\frac{1}{2}$	65 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	Per Syenen.	III.
Tropicus Cãcri.	6	13 $\frac{1}{4}$	2 . 14. minu.	3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	22 $\frac{1}{3}$	58 $\frac{2}{3}$	Per Napatos.	
	5	13	16 . 27. minu.	7 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	17 $\frac{1}{2}$ [illegible]	51	Per Meroën	II.
	4	12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	12 $\frac{1}{2}$	12	13 $\frac{1}{3}$	44 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{6}$ al.	Per Adulicum Sinum.	
	3	12 $\frac{1}{2}$	8 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$	16 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	8 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	37 [illegible]	Per Aualicum Sinũ.	I.
	2	12 $\frac{1}{4}$	4 $\frac{1}{4}$	21 $\frac{1}{3}$	4 $\frac{1}{3}$ [illegible]	32	Taprobanen.	
Aequator.	1	12	0	27 $\frac{1}{4}$	0	27 $\frac{1}{2}$	Per mediam Africam.	
	Nũerus parallelorũ.	Horæ cum partibus.	Eleuatio poli, siue elongatio parallelorũ ab Aequatore.	Aestiua,	Aequinoctiais	Hyberna.	Loca per quæ scribũtur paralleli.	Climata
				Gnomonum umbræ				

Polus *	Periscij Septem.	39	Medius annus.	90	90			Per mare glaciale	XIX
Arcticus		38	Menses quinq;	84	75			Per mare glaciale.	
		37	Menses .4.	78 $\frac{1}{3}$	60 Gradus Tropici ex utraq; parte puncti			Per mare glaciale.	XVIII
		36	Menses .3.	73 $\frac{1}{3}$	45 maximæ eleuatonis supra horizonta lati.			Per Pilappos.	
		35	Menses .2.	69 $\frac{1}{2}$	30			Per mediam Islandiā.	XVII.
		34	Mensis .1.	67 $\frac{1}{2}$	15			Per Gotthiam	
Circulus Arcticus		33	24	66 $\frac{1}{6}$	Periscion primus .i. umbras circum lucentium.			Per Gotthiam	XVI
	Heteroscij, Viginti	32	23	66				Per Gotthiam,	
		31	22	65 $\frac{1}{2}$				Per extrema Scythiæ.	XV
		30	21	64 $\frac{1}{2}$				Per Scythiam.	
		29	20	63				Per Thylen.	XIIII
		28	19 $\frac{1}{2}$	62				Per Ebudas insulas.	
		27	19	61				Per Septen. Hybernię	XIII
		26	18 $\frac{1}{2}$	59 $\frac{1}{2}$	Hic umbrarum rationes deficiunt.			Per mediū Hyberniæ	
		25	18	58	40 $\frac{2}{3}$	96	419 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ al.	Per australes ptes Hyb.	XII
		24	17 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	57	39 $\frac{1}{2}$	92 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$	372 $\frac{2}{3}$	Per Camolodunū Bri.	
		23	17 $\frac{1}{2}$	56	37 $\frac{2}{3}$	88 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	335 $\frac{1}{4}$ al. $\frac{1}{3}$	Per mediā Britanniam	XI.
		22	17 $\frac{1}{4}$	55	36 $\frac{1}{4}$	85 $\frac{1}{3}$ al. $\frac{2}{3}$	304 $\frac{1}{2}$	Per Bullæū Britannię	
		21	17	54 .1. minut.	34 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$	82 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$	278 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	Per Tanais hostia	X.
		20	16 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	52. 50. minut.	33 $\frac{1}{4}$	79 $\frac{1}{12}$	253 $\frac{1}{6}$	Per Rheni hostia.	
		19	16 $\frac{1}{2}$	51 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$	31 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$	75 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$	229 $\frac{2}{3}$	Per Agrippinā Colon.	IX.
		18	16 $\frac{1}{4}$	50 $\frac{1}{4}$	29 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$	71 $\frac{2}{3}$	210 $\frac{1}{3}$ al. $\frac{2}{3}$	Per mediā Mœotim	

In hac figura primus ordo significat numerum parallelorum. Sunt enim.39.in uniuersum. In secundo ordine positæ sunt horæ cum partibus. Deuenitur autem ab.12.horis ad medium annũ. Porrò tertius ordo declarat, quot gradibus quiuis parallelus ab æquatore distet, donec ad nonagesimũ usq; gradum peruentum fuerit. Deinde sequuntur tres ordines pro umbrarum in Gnomonibus ratione, quorum primus æstiuam umbram explicat, Secundus æquinoctialis, Tertius hybernam, usq; ad.25.parallelum. Nam ultra deficiunt rationes umbrarum, propter propinquitatem nimis angustam, ut ait Ptolemæus. Vltimus ordo loca habet in terra habitabili, per quæ paralleli ipsi meant. Marginibus porrò apposuimus utrinq;, illic parallelorum nomina ex umbris, hic climatum numerum. Sed de ijs in sequentibus copiosius disseremus. Exempli gratia. Aequinoctialis est primus parallelus, qui habet perpetuo.12.horas. Elongatio eius nulla est: quippe alij paralleli ab ipso distant. Aestiua umbra est. 27.& semis partium, qualium Gnomo 60. Aequinoctialis nulla, Hyberna totidem quot æstiua. Per mediam autem Africam describitur æquinoctialis, ut habet nostra ætate terra habitabilis.

Item secundus parallelus.12. habet horas, & quadrantem: distat ab æquatore gradibus quatuor & quadrante. Vmbra æstiua partes habet.21.& trientem. Aequinoctialis partes.4.cum triente & uncia. Hyberna uero triginta duas. Meat autem per Taprobanen insulam Indici maris. De reliquis parallelis eodem modo conijciendum.


De Gnomonibus autem hoc sciendum: Erigatur ad perpendiculũ stilus in plano, æque cum horizonte iacente, diuidaturq; stilus in. 60. æquas partes, in quas easdem & planũ iacens æque scindatur, sed longius multo protẽdatur, uidelicet ut hyemales umbræ pingi queãt. Tũ sanè in quauis regione, quas diximus umbras, facile uidebis. Nã æquinoctialis umbra bis in anno inquiri potest, æstiua semel, ac hyberna semel, uidelicet cum sol est in Tropicis. Deficiunt autem umbrarum rationes in uicesimosexto parallelo. Superfluũq; est (ait Ptolemæus) uel

horarũ

horarum, uel umbrarum quadrantes, in gnomonibus recense re, ob nimis angustam propinquitatem parallelorum. Porrò obiter hic notandum, q ex umbrarum, quanquam alia ratiõe, triplices sunt nomĩati paralleli. Primi Amphiscij, id est, in utrãque partem umbram mittentes. Fit enim bis in anno, sole ad uerticem aduentante, ut gnomones nullam umbram faciant in meridie. Ac horum quidẽ umbræ ad Austrum declinant, cũ Sol circa Cancrum uersatur: ad Septentrionem autem, cum Sol ad Capricornum descendit. Tales certe sunt omnes inter duos tropicos comprehensi paralleli: In figura uero nostra, sex primi.

Alteri sunt Heteroscij, id est in alteram dúntaxat partem umbram mittentes. Primus eiusmodi est parallelus per Syenen, uidelicet Tropicus Cancri, quanquam is Solem supra caput habet, non etiam reliqui Heteroscij. Heterosciorum itaque

B primus



primus est Tropicus Cancri, Vltimus autem tricesimus secundus, numero quidem uigesimussextus, omnes à Tropico Cancri ad circulum arcticum usq;. Vltimi sunt Periscij, id est, qui umbram in omnes horizontis partes mittunt in circulum omni die. Horum primus est tricesimustertius parallelus. Quippe in hoc dies .24. horarum est. Et totus quidem æstiuus tropicus supra horizonta conspicitur, alter uero occulitur. Numero quidem Periscij sunt septem, à circulo arctico omnes ad polum usque.

Inter circulum arcticum & Polum, propter sphæræ angustiam, differentia parallelorum per .15. augetur gradus, sed utrinq; ab latere Meridiani intellecti, qui menses singulos efficiunt, donec sub polũ deuentum est, ubi dimidiatus annus, est dies unus: dimidiatus alter, nox una: quoniã sex ibi signa supra horizonta consistunt, sex infra. Itaq; totus annus illic ex die uno, & nocte una constatur. Est autem hæc figura dimidiatæ sphæræ. Nam hemisphæria eiusdem rationis sunt. Et quæ in hoc diximus hemisphærio, in altero prorsus ita habent. Quare res explicata in hoc nostro, in altero patet.


DE CLIMATVM RATIONE. CAPVT .XI.

CLima proprie regio est, &, ut Columella ait, quoquo uersus .60. pedum Est enim octaua pars iugeri. Apud Geographos uero horarum inclinatio dicitur. Definiũt autem hoc pacto: Clima est spacium terræ, inter duos parallelos comprehensum, in quo porrectißime ab initio Climatis, usq; ad finem eiusdem, dimidia hora uariatio est diei. Vbi notandum, quotum aliquod clima ab æquatore fuerit, tot semihoris, longißima eius loci dies, superat diem nocti æqualẽ. Est igitur ratio Climatum dupla ad rationem parallelorum. Nam paralleli quadrantibus distant, Climata uero duobus quadrantibus, id est, mediatis horis. Et ubi paralleli dimidiatis horis constituũtur, ibi Climata

integris horis procedunt, & sic sequenter ad finem usque parallelorũ, seruata dupla ratione. Ex figura autem præcedenti parallelorum, facile est conijcere omnia accidentia Climatum, ut sunt horarum differentiæ, poli eleuatio, & umbrarum ratio. Porrò qui nostra ætate de Climatum ratione scripserunt, præceptionem nobis dederunt, cum ab initio, tum à fine claudicantem: qualis est Ioannis à Sacro Busto, quem authorem de sphæra uocant. Climata uero haud dubie denominari debent ab ultimo parallelo, ubi media hora diei uariatio est. Erunt itaq; Climata .19. his nominibus nominata: Per Aualicum sinum, per Meroen, per Syenen, per inferiora Aegypti, quod alij διὰ ἀλεξανδρείας: per Rhodum, per Hellespontum, quod author de sphæra uocat διὰ ῥώμης: per medium pontum, per Borysthenis hostia, per Agrippinã Coloniam, per Tanais fluuij hostia, per mediam maiorem Britãniam, per australes partes Hyberniæ, per septentrionalia Hyberniæ, per Thylen, per extrema Scythiæ, per Gotthiam, per mediam Islandiam, per mare Glaciale, & ultimum hinc polum usq;. Cæterum ut hic descripta sunt Climata hemisphærij nostri, ita in altera parte alterius hemisphærij, eadem ratione constitui possunt, quemadmodum etiam antea de parallelis diximus.


QVOD TERRAE QVANTITAS HVMANO INGENIO CERTO DEprehendi queat. CAPVT .XII.

AD eam rem hypotheses sunt aliquot. Prima. Circuli ad circulum esse proportionem. Secunda. Medium cœli nobis semper apparere. Tertia. Demissos radios à sole, in terræ differenteis parteis, parallelos esse. Quarta. Terram se ad totum cœlum habere uelut punctum. Quinta. Aequalium angulorum productas circumferentias, similes esse, id est, eandem rationem, proportionemq; habere ad circulos suos. Eius est exemplum subsequens.



Nam quemadmodũ b a, est quadrans maximi circuli a b c d, ita f e est quadrãs medij circuli e f g h, & n k minimi. Sunt enim oẽs ad angulũ a i b. Itẽ ut p e est octaua pars medij circuli, ita l k est octaua pars minimi circuli. Sunt enim ad eundẽ angulũ arcus. Ita quemadmodũ cœlũ in quatuor æquas ptes diuidimus, super cẽtrum mundi, nimirum sua proportione etiam terra in quatuor partes scinditur, ut superni quadrantes infernis quadrantibus comparẽtur. Et quẽadmodum quadrantes in cœlo nonagenis gradibus diuiduntur, ita etiã terræ quadrantes. Cum autem cœlum circumuoluatur, totum utiq; sub aspectum cadit: atq; ita facile est illic quartam portionem inuenire. Secus autem de terra. Quãdoquidem homo diutina peregrinatione, ni superiora respexerit, scire non potest quotam partem eius trãsierit. Alioq facillimum erat totius terræ quãtitatem, atq; adeo omnes eius partes inuestigare. Ideoq; hæc ex superioribus uenari oportet. Quam ad rem sunt Astrolabia, atq; alia instrumenta multa. Porrò de Quadrante negotium facillimum est, id nunc exequemur. Diuide quemuis circulum in partes quatuor, ita ut dimetiẽtes duæ se in centro ad angulos rectos intersecent. Deinde semidiametro alteri pinnulas appone, per quas & poli stella, uel aliud astrum uideri queat: aut per quas radij solares poßint demitti. Ex dictis autem notum est, si per pinnulas uideas polũ, eam dimetientem significare axem mundi: alteram autem pinnulis carentem, æquatorem. Quod si per foramina pinnularum, radios solis accipias,

cipias(quod commodißime fit cum Sol sub æquatore decurrit)illa dimetiens tunc significat æquatorē,altera uero axem mūdi. Porrò limbus quadrantis diuidēdus est in nonaginta partes,& si uoles,etiam oppositus arcus in totidem. Deniq; fige in cētrum perpendiculū,et paratus est quadrans,quantū ad hoc negotium attinet. Huius hæc est figura.



Cæterum memoria tenēdum est, quod capite octauo diximus, quatuor puncta cum horizonte cedere, ab meridie in septētrionem cedentibus nobis, aut contra, à Septentrione in Meridiem. Sunt aūt hæc. Duo poli, zenith capitis nostri, atq; punctum ei oppositū. Nam quantum superius nos ab æquatore discesserimus, tantum inferius oppositū punctum identidē cedit, atq; adeo polus alter leuatur, alter deprimitur. Ideoq; hæc quatuor idem sunt, Distantia zenith ab æquatore, distantia pūcti oppositi ab eodē æquatore, eleuatio poli, ac depreßio alterius poli

Est item huius negotij alia demonstratio, quæ tamen etiam ipsa procedit ex capite octauo.

Esto circulus a b c d, Colurus nostro Meridiano iūctus. Sed b d horizon. Item e f, axis ac poli mūdi. Porrò æquator sit diameter o p. Deniq; h g m, quadrans minoris circuli. Et limbus eius, g n m, respondens inferiori quadranti in cœlo f c p. Item pinnulæ quadrantis g h. Sed perpendiculum h i l. Cū aūt Horizon à nobis sit institutus b d, erit eius axis a c, in quem perpetuo cadet perpendiculum. Si igitur polum inspicere quis uolet, cadet g h latus quadrantis minoris circuli, cum axe mundi f e. At h m, cum æquatore o p. Viso igitur polo, uide quo perpendiculum ceciderit. Id enim in limbo, quem uidemus ita esse. 90. partibus dissectum, quemadmodum prior formula monstrabat, numerum graduum ab n in m abscindit, quæ certe portio quadrantis respōdet cœli portioni, quæ est c p. Tum ita ratiocinandum. Eadem est distantia zenith ab æquatore in nobis apparenti hemisphærio, quæ & puncti pedum in inferiore ac nobis absconso hemisphærio. Sed n m respondens c p, indicat nobis numerum graduum, quantum punctus pedum ab æquatore distat, ergo etiam quantum zenith nostrum ab æquatore distat, indicabit. Porrò cum eadem distantia sit zenith ab æquatore, cū eleuatione poli, ut capite octauo demonstratum est, numerus graduum in limbo quadrantis abscissus à perpēdiculo, uidelicet ab n in m erit numerus eleuationis poli, ac sic regionū latitudo à nobis inqsita est.

De latitudine

DE LATITVDINE TERRAE. CAPVT .XIII.

LAtitudo terræ à Meridie in Septentrionem intelligitur, sed perquiritur ex superioribus dictis. Quippe sub æquatore polus in horizonte conspicitur. Sin autem uerso itinere ad alterutrum polorum, ab eo uno gradu cesserimus, id quod, ut iam diximus, ex instrumento facile haberi potest, hoc tum spatium metiri oportet, quo menso, aperte apparebit, quantum terræ singulis gradibus respondeat. Porrò id inter bina loca, ubicunq; gentiũ uoles, inuenire poteris, modo à Meridie in Septentrionem, aut contra, incesseris recta sub meridiano. eũ numerum uel milliariorum, uel stadiorum inuentũ multiplica in .360. gradus. Ita habebis totum ambitum terræ, qui quidem est secundũ maiorem circulum. Verum quot stadia singulis gradibus respondeant, diuersum authores tradidere. Ptolemæus enim singulis gradibus quingenta stadia deputat, quæ si multiplicauerimus in.360. gradus, proueniẽt.180000. stadiorũ. Rursus si hunc numerũ multiplicauerimus per .7. ac summã productam per.22. diuiserimus, emerget subito numerus dimetientis, stadiorum. 57272. ac $\frac{8}{11}$. Quod si octona stadia singulis millibus passuũ deputabis, fiunt totius ambitus milliaria Romana .22500. Plinius enim lib.2. cap.23. ait stadium habere passus.125. Itaq; in millenos passus uenient octona stadia. Eratosthenes autem, ut idem Plinius penultimo capite lib.2. author est, singulis gradibus deputat septingenta stadia. In quibus à Ptolemæo ducenis gradibus distat. Eratosthenis supputationem secutus est Strabo & ueterum plæriq;, & author de sphæra. Ambitus autem totius maioris circuli, authore Eratosthene, erit.252000. stadiorum. At millium passuum .31500.


DE LONGITVDINE CIVITATVM. CA. XIIII.

SAnè à Borea in Austrum perfacile est regionum latitudinem, ut capite præcedente iam docuimus, inuenire, quãdoquidem utrinq; aliquod

aliquod immobile principium est, uidelicet polus. At ab ortu in occasum non ita facile. quando nullum ibi principium immobile uidetur. Ideoq; notandum, quemadmodum zodiacus in .12. signa diuiditur, ita etiam æquinoctialis. Quem eo libentius nominamus, quod zodiaci signa inæqualiter oriuntur atq; occidunt. Porrò quini deni gradus æquinoctialis, id est, dimidiatum signum, singulis horis cõscendunt. Triceni uero, id est, totum signum, binis horis. Seqtur ex eadem ratiõe, ut totus æquator intra .24. horas exoriatur, quæ faciunt diem naturalem. Item semicirculus intra .12. et singuli quadrantes senis horis. Vt igitur ciuitatum longitudo inuestigetur, hoc consyderandum est, quot horis citius Sol oriatur huic, quàm alteri ciuitati. Necessum enim est, ut quæ magis ad orientem sunt urbes, etiam citius orientem solem habeant, quàm eæ, quæ ad occasum uergunt. Quod si ciuitas aliqua, una hora citius habuerit orientem solem quàm altera, haud dubie quinis denis gradibus distabunt. Si duabus horis, tricenis. Sin media hora, distabũt gradibus septenis ac semissibus. Verum hæc differentia ortuum, in diuersis regionibus potest accipi, ex uno aliquo, quod eodem tempore, atq; adeo uno momento apparet in diuersis regionibus. Quales sunt eclipses Lunæ, quæ uno quidem minuto temporis cõsistunt. sed ijs, qui magis orientales sunt, plureis horas de horoscopo abscindunt. quandoquidem citius habuerunt orientem solem, ideoq; citius etiam numerarũt, ut Arbilis Assyriæ urbs orientem uersus, habuit Eclipsim hora quinta, quando Carthago occidentem uersus hora secunda. Tribus ergo horis distant, gradibus. 45. authore Ptolemæo lib. 1. cap. 4.

Eius sit typus subsequens.

a, Sinarum regio & oriens. c, Fortunatæ insulæ & occidens. a b c, superius hemisphærium cognitum. a d c, inferius hemisphærium Ptolemæo incognitum. b c d, arcus noctis Sinarum. d a b, arcus noctis insularum Fortunatarum.



DE MENSVRA ET EIVS PARTIbus, atq; inibi de pede Romano. CAP. XV.

MEnsuram omnem, de qua nobis sermo est, finitam esse cōstat: Partes uero eius multæ sunt, cum apud Latinos, cum apud Græcos. Nobis à minimis incipiendum, sed breuiter, ut alia. Est igitur digitus, qui continet quatuor hordei grana in latum posita. Palmus minor, quatuor habet digitos, græce παλαιστή, à nostris trāsuersa manus. Maior. 12. digitos, quem Græci σπιθαμήν uocāt, Latini dodrantem. Pes, quatuor palmos minores habet. Cubitus siue cubitum, sesquipedē. Gressus, duos pedes & semissem, græce βῆμα. Passus, quiq; pedes, hoc est, duos gressus. Orgya, sex pedes: est enim mensura inter manus expansas, ut uertit ex Suida Budæus. Stadium .125. passus. Plethrum, centum pedes, quanquam sæpe pro iugero capitur. Diaulos, duo stadia. Milliarium nomen habet à mille paßibus: continet aūt stadia octo. Dolichos, duodecim stadia. Schænus, .60. stadia. Parasenga 30. stadia. Stathmos porrò, id est, tabellariorum, siue ueredariorum diuersorium, mensurarum maxima, nō ita certa tamen: apud quosdam tamen milliaria. 28. & semis continet.

Quando autem de mensuris certatim omnes præcipiunt, qui Mathematica nostra ætate docent, pauci uero, quoties quid oculis subijciēdum est, quicquam certi adferre in medium possunt, operæpretium uisum est nobis mi ornatißime Ioannes, studiosæ iuuentuti indicare uel unam hic mensuram pictam, pedis inquam Romani, quam quondam cū Lutecie degerē, à Clarïß. uiro, D. Guilielmo Budæo, Galliæ nostræ maxīo ornamēto, accepi. Nā forte cū ab urbe pestis nos pelleret, ac ambulare aliquo liberet, cōmodum in mentē uenit, ut illius uillam inuiserem. Et uidi quidem non absque ingenti uoluptate. Demum Basileæ cū benignitas tua è Francica legatione reuersa, uellet aliquot mensibus hic frui consuetudine D. ERASMI Roterodami, ueræ ac Christianæ Theologiæ instauratoris, parentisq; nostri, ac omnium studiosorum, Ioannes à Lasko

monstraretq;

monstraretq; mirificum hoc opus sphæræ, quod Christianißimus Galliarum rex FRANCISCVS tibi dono dederat in monimentum amoris mutui. Memini me quoque tum tibi commonstrasse, quid muneris ego à Budæo, eiusdem illustrißimi Regis Secretario haberem. Erat munus illud tuũ regum, eximium, ac magnificũ, à maximo principe datũ: Meũ non eiusmodi, sed tamen quale decebat doctum, ac eximium uirum dare, studiosum accipere. Certe ut nulla sit donorũ comparatio, certe animi nobis æstimandi sunt. Rex est omnium munificentißimus, Budæus omnium humanißimus, uterq; munificus, uterq; humanus. Sed ad rem reuertar. Iubebas tum ut faber aliquis eundem pararet tibi pedem, quod factum est à nobis sedulo. Atque hic est, quo urbs Parisiensis in operibus publicis utitur. Putatq; Budæus eam formam à Romanis in Gallias, ut pleraq; alia, uenisse. Eam hic oculis subijcere placuit, sed dimidiatam dúntaxat, propter spacij angustiam.

Porrò cum hæc scriberẽ, in manus nostras uenit alius Ro. pedis typus Leonardi de Portis, Iurisconsulti Vicentini, uiri apprime eruditi, ac diligentis, quam ait Romæ in hortis Angeli Colocij uiri doctißimi extare. Eam quoque formam hic appinximus, ne studiosi hic quicquam desyderarent.

Parisiensi pedi fermè conueniunt apud artifices formæ, quibus in operibus publicis utuntur. Superat autem Leonardi pedem plus uncia. Et ipse Leonardus ingenue fatetur pedum publicorum formas maiores esse uncia .xvi. digitis manus non omnino crassæ, ut nunc sunt homines. Ridiculum aũt fortaßis, quod quidam putant olim maiores fuisse homines, quàm sint nostra ætate. Vtut res se habeat, uerisimilius est, cũ primum typus hic hominibus placeret, ut mensuræ examen esset, electum esse hominem eximiæ staturæ, non omnino portentosæ, nec etiam prorsus uulgaris, à cuius magnifica forma,

magnifica

Dimidium pedis Romani, ac urbis Pariesiensis.

Vnciæ siue pollices. Digiti.

I II III IIII V VI VII VIII

I II III IIII V VI

Dimidium pedis antiqui ex Leonardo.

Digiti. Palmi.

I II III IIII V VI VII VIII

magnifica mensura acciperetur. Et uidi quorũ pedes excederent hanc formam Parisiensem, sed in paucis: in plærisq; deficere. Leonardus putat à natura hæc inspicienda: quandoquidem denominatio pedis à natura est: Et siliquas ubiq; esse easdem, & digitos quoq;. At ego conijcio postea hanc per siliquas diuisionem à doctis adiectam, primum aũt pedem usurpatum ut nũc publice habetur. Verum huius negotij institutũ nõ est, ut hæc exactius prosequamur. Quod aũt ad negotium nostrũ attinet, sciẽdum in omnibus circulis maioribus, quoquo uersus trahantur, omneis gradus æquales esse, atq; singulis quingena stadia respondere, authore Ptolemæo, si codex nõ fallit. Nam authore Eratosthene, quem fermè sequuntur Geographi, collatio singulorum graduum, est septingenorum stadiorum. Neq; uerisimile est, ducentorum stadiorũ differentiam in singulis accidisse gradibus. Id etiã supra adnotauimus, cum de latitudine terræ diceremus. Quapropter multiplica cœli gradus, qui sunt. 360. in quingenta stadia, subito emergent maximi cuiusq; circuli stadia. 180000. quæ si per octo diuidantur, proueniẽt milliaria italica. 22500. In parallelis autem discrimen est. nam quanto æquinoctiali propinquiores sunt, tanto maiores arcus habent, ac proinde maiorem collationem in gradibus. Contra uero, quanto polo propinquiores, tanto minores arcus habent, & proinde minorem collationem in gradibus. Hæc in tabulis Ptolemæi ferè marginibus apponitur.

DE VENTIS. CAPVT. XVI.

Ventus est exhalatio calida & sicca, lateraliter circa terram mota. Causa efficiens uenti est Sol & astra, Materia uero exhalatio. quæ dum in sublime, partim astrorum ui, partim natura tollitur, obstaculum inuenit mediam regionem aëris frigidam, & ab se pellentem calidum. Ideoq; retruditur exhalatio, meatq; in obliquũ circa terram. Vbi notandum, aërem secundum qualitatem, diuidi in tres regiones: Infimam, quæ proxime circa nos est, plærunq; temperatã: Me

diam frigidam, quam attingunt celsissimi montes. Tertiam supremam calidam, proximamq; sphæræ ignis. In hac postrema generantur dracones uolitantes, stellæ cadentes, & similes impreßiones, ut uocant Physici. Quod uero ad loca uentorũ attinet, notãdum in quouis horizonte quatuor



te quaternas uentorum regiones principales intelligi posse, quibus utrinque binas adpingere oportet. Erunt itaque tres ab ortu uenti, tres ab occasu, totidem & à septentrione, & à meridie, quae denotat hic depicta figura. Socios quidem uentos ab tropicis utrinque imaginamur, sicut ab Arcticis ex utraque parte. Poëtae uero quatuor duntaxat uentos principales nominarunt: ab ortu Eurum, ab occasu Zephyrum, ab septentrione Boream, & ab meridie Austrum. De hac re sunt haec Manilij duo carmina.

Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu.
Auster amat medium solem, Zephyrusq; cadentem.

Eandem rem Naso lib. 1. Metamor. describens, quanquam magis explicato sermone, atq; adeo splendidioribus figuris depinxit.

Eurus ad Auroram, Nabathaeaq; regna recessit,
Persidaq;, & radijs iuga subdita matutinis.
Vesper, & occiduo quae littora sole tepescunt,
Proxima sunt Zephyro. Scythiam, septemq; triones
Horrifer inuasit Boreas. Contraria tellus
Nubibus assiduis, pluuioq; madescit ab Austro.

Venti etiam diuersarum sunt conditionū, sanissimi Boreas et Subsolanus: pestiferi Auster et Chorus: tonitruosi prae cunctis quidem Boreas, quanquā etiā Circius & Chorus hi etiam fulminosi sunt. Zephyrus pruinas soluit & frigus. Contrarij uenti putandi sunt secundū diametrum horizontis, quemadmodū Zephyrus Subsolano, et Septētrio Austro, ut praecedens figura facile indicat. Nomina etiā uentis imponuntur saepe à contrapositis terris, quemadmodū Graeci Caeciam dixerunt Hellespontium, quod ab Hellesponte in Graeciā deferretur. Et Horatius Chorū uocat Iapiga, quēadmodū etiam Ptolemaeus, q. ab Iapygio Italiae promōtorio eūtibus in Aegyptū, flet, ut in Ode. 3. Sic te diua potēs Cypri. Eadē ratiōe Latini Circiū uocauere Gallicum, q. à Gallia ferretur. Porrò mlti docuerūt, ut omni tpe sciatur unde quis uētus flet quemadmo

quemadmodum Vitruuius lib. 1. negotium non ita magnum, si figuram istam, quam pinximus, in planum ponas, atq; in eius medio stilum erigas, à quo dependeat linum, aut quippiam aliud, quod uento agitari queat. Id unum tamen cura, ut dimetiens illa, cui inscripti sunt Notus & septentrio, lineam meridianam præsentet, quod horoscopo facile inuenitur.

QVA RATIONE PTOLEMAEVS AC eius sequaces pinxerint orbem. CAP. XVII.

CVm uellet Ptolemæus longitudinis terræ etiam ponere aliquod immobile principium, Alexandriam patriam suam elegit, ad quam omnes omnium ciuitatum differentias in horis referret, uidelicet quantum aliæ ad ortum, quantum aliæ ad occasum tenderēt. Constituit itaq; ad occasum Meridianum, qui per polos transiens, altera dimidiata parte ad orientem usq; protenditur, totamq; habitabilis terræ longitudinem claudit. Quæ, ut ipse inuenit, ex duobus quadrantibus constat, gradibus aūt bis nonagınta, id est. 180. Verum nostra ætate alteri quoq; duo quadrantes magna ex parte lustrati sunt. Sed notandum omne rotundum dimidiata dúntaxat uideri parte. Vt igitur tota habitabilis sub unum aspectum ueniret, qui nostra ætate habitati orbis typum pinxerunt, globi superficiem aperuerunt, uelut chlamyde magis pansa. Videmus autem globum circulis circūdatum, ac primis quidem duobus principalibus meridianis, qui in polo ad circulos rectos, quemadmodum Coluri in sphæra sese intersecant, ac totam superficiem in quaternos quadrantes diuidunt. Alteris uero parallelis. Ptolemæus igitur duos nobis quadrantes exhibuit ab occidente in orientem. Alteros duos nostri utrinq; marginibus adiecerūt. Porrò omnes lineæ, quæ à polo in mappa descendūt, uocantur Meridiani: quæ uero ab ortu in occasum, Paralleli dicuntur, eo quod nullo in loco conueniant. Diuisio omnium frequenter fit gradibus denis, quāquam et quinis fieri potest.


De pictura

DE PICTURA GLOBI. CAP. XVIII.

TErram in globum pingere uulgato hoc modo possumus. Primū sanè inquirendi sunt poli, & hoc uel motu, uel circino. Circinatio autem potißimum ex quadrantibus constat. Deinde inuestigandus est æquator, quem eodem pacto, quo polos, inuestigare possumus, ita ut ab utroq; polo omnibus partibus æquatißime distet. Meridianos autem faciemus omneis in polo coëunteis, & in æquatore maxime distantes. Discernuntur autem frequenter in mappulis denis gradibus, nonnunquam etiam quinis, ut iam dictum est. Eorū centrum est in æquatoris peripheria inquirendum. Et paralleli quidem totidem gradibus discernuntur, quorum centrum est polus. Deinde ponamus alicubi numerum graduum longitudinis terræ. Is autem ad occidentem post Hispanias incipit, ut constituit Ptolemæus. Porrò eum numerum pingere conuenit ad incognita terræ. Sic enim nusquam impedimento erit. Latitudinis gradus etiam ad occidentem pingi poßunt. Et in pingendis terris utile etiam fuerit ab ipsa mox Hispania incipere. Ducendi sunt aūt primū termini littorū trium partiū continentis Europæ, Africæ, atq; Asiæ. Postea uero et fluuij, et mōtes maiores pingendi, quantū spacij iniquitate non excludimur. Insulæ quoq; & maris sinus, & si quæ alia adijci poßunt, aut ex mappulis, aut ex tabulis facile haberi pount.

DE INDVCENDA PAPYRO IN GLOBVM. CAP. XIX.

HAbito quadrante cuiusq; maximi circuli in globo, diuide eū in parteis treis, ut cōsuetudo est cōmunis signa pingentiū. deinde accipe papyrum, quam in planū immobilem ponito, duc in ea quàm longißimam lineam, in qua ut minimū .30. discriminato parteis, quales in quadrante globi treis inuenisti. Secta autem sic tota linea huiusmodi partibus, ponito circini pedem ad extremum marginem, & al



terum extende pedem in undecimum punctum, ita ut dena trãsmittas spacia, duc subinde arcus circulorũ, hemiciclijs minores, ex puncto in punctum, deinceps mouendo pedẽ circini. Porrò in alterum marginem conuerso circino, conuersos duc arcus, ac .12. sectis partibus, habes papyrũ, quã globo inducas. Sunt autem uelut. 12. zodiaci signa, sed in æquatore facta, quanquam in his error bifariam accidere potest, & quod globi raro uere rotundi ab artificibus parantur, & quod circinus etiam facile cedit. Verum hæc à mediocriter exercitato facile corrigi possunt.

Sit linea a b, in triginta æquas diuisa partes, quales singuli quadrantes æquinoctialis ternas habent. Ponito circini pedem alterum in b, alterum extende in o, sic enim dena transmittes spacia. duc arcum q r. Deinde ex b promoue circinum uno puncto, ita enim alter pes in n ueniet. Tum rursus duc arcum, atq; ita deinceps, donec in c deuentum fuerit. Deinde in marginem alterum transfer circinum ita ut in a posito uno pede, in d alterum extendas, atq; illic duc arcum s t, & emerget duodecima pars superficiei quã quærimus c s d t. Deinde ex a promoue uno puncto circinum ut antea in altero margine fecimus. ita enim in e pes alter ueniet. ac deinceps promoue donec ad p deueneris, ac habebis duodecim partes papyri, quam globo apte circũponere poteris, quanquam superne propter sphæræ coarctationem nonnihil superabit. Sed id corrigere haud magno negotio quis exercitatus poterit.

DE NOMINIBVS GEOGRAPHORVM.

CAPVT .XX.

QVadruplicia sunt nomina Geographorum. Prima maris, maritimorumq; locorum. Sunt autem hæc: Mare, Oceanus, Sinus, Fretum, æstus, Euripus, Bosporus, portus, littus, agger, ora, Chersonesus,, id est, peninsula, Isthmos, Insula, promontorium. Altera nomina generalia, partium terræ sunt hæc: Continens, terra, territorium, regio, regnum, prouincia, Gentiles, populus, plebs, urbs, Ciuitas, Oppidum, Emporium, Castellum, Vicus, Pagus, Villa, Casa, Tugurium. Tertia nomina agrorum sunt hæc: Mons, Vallis, Collis, Cliuus, Rupes, Vertex, Iugum, Cacumen, Conuallis, Fauces, Campus, Ager, Aruum, Pratũ, Pascua, Sylua, Lucus, Nemus, Saltus, Virgulta, Spinetum, & similia. Quarta, nomina generalia fluuiorum, stagnorum, & cæterorum aquosorum locorũ, sunt hæc: Fons, Riuus, Fluuius siue Flumen, Torrens, Fluẽtum, Gurges, Amnis, Fluctus, Vnda, Ripa, Ostium, Alueus, Vadum, Lacus, Stagnum, Palus, Lacuna, Cisterna, Piscina, Thermæ. Hæc apud Ioannem Coclæum Noricum amicum nostrum, diffuse ac eleganter descripta, paucis attigimus, ne in alieno opere ingeniosi esse uideremur.

DE DIVISIONE TERRAE. CA. XXI.

QVoties fit mẽtio de diuisione terræ habitabilis, intelligitur hæc sectio de superficie terræ supra aquam extante, quã homines & reliqua animantia inhabitant. Eius tres sunt partes, Europa, Africa, & Asia. Minima est Europa, in qua nos sumus. Caput eius Roma. Media est Africa, in qua Carthago, pertinax Romani imperij æmula. Maxĩa aũt est Asia, cuius caput quondã Troia. Porrò hæ tres partes uocantur continens. Nã insula dicitur undiq; circundata mari, Nec alicui harũ adhærens cõtinuata terra. Europa diuiditur ab Asia mari Aegæo, Propõtide, Ponto Euxino, Mæotide palude, Tanai fluuio, & hinc linea, quæ recta à fontibus Tanais ad septentrionẽ porrigitur. Inter mare Aegæũ & Propontidem est Hellespontus, per quem olim tranauit Leander ab Abydo ad Sestũ, urbes littorales, illã Asiæ,

hanc Europæ. Inter pontum Euxinum & Propontidem est Bospo-rus Thracius. Inter Mæotim & pontum Euxinum, Bosporus Cimme-rius, ab oppido Cimmerio Tauricæ Chersonesi, quod ipsum tamẽ à Cim-bris nomen habet, authore Strabone lib. 7. Eadem Europa ab Africa diuiditur, primum freto Herculeo, deinde mari mediterraneo, quod etiã nostrum mare omnes scriptores uocant. Accipit autem appellationem hoc mare ab uarijs, quas alluit, gentibus. Nã ubi Iberiam, id est, Hispa-niam attingit, uocatur Ibericum. Vbi Baleares insulas, Balearicum. Vbi Galliam, Gallicum. post Ligusticum ab Liguribus populis: & Tyrrhenum, & Tuscum, & Hetruscum, & Inferum. Item Hadriati-cum, siue Venetum, siue superum, Ionium deinde, et Siculum à Sicilia, & Sardoum à Sardinia, & Africum ab Africa. Ita Libycum, Aegy-ptiacum, Syriacum, Pamphylicum &c. Africa uero diuiditur ab Asia mari Indico, mariq; Rubro, qui et sinus Arabicus dicitur. Deinde linea, quæ ab Heroum ciuitate per Isthmum, quo Asia & Africa con-nectuntur, ad nostrum mare uergit, quamuis plæriq; authores ponant terminos Asiæ & Africæ Nilum, quos recte reprehendit Ptolemæus lib. 2. cap. 1. Ait enim commodius esse, quoties fieri potest, mari, quàm flumine continentem diuidere. Præterea ne Aegyptus scindatur, ac di-strahatur, si Nilus statuatur terminus.

EVROPA.

DE EVROPA ET PARTIBVS *eius maioribus.* CA. XXII.

AB *Europæ descriptione omnes authores inceperunt, tãquam ab ea quæ esset notior ac magis culta. Deniq; maxime celebra-ta, cum ob Macedonum imperium, tum ob Romanorũ poten-tiam. Strabo etiam libro. 2. multas præterea rationes adfert. Hanc Pto-*

lemæus

lemæus libris duobus, uidelicet secundo et tertio, descripsit, in utroq; regiones denas septenas enumerans. Ita ut in uniuersum regiones Europæ sint.34. tabulæ uero decem. Sunt autem regiones hoc ordine, Hybernia insula Britannica, Albion similiter insula Britannica, Hispania Bethyca, Hispania Lusitania, Hispania Taraconensis, Gallia Aquitanica, Gallia Lugdunensis, Gallia Belgica, Gallia Narbonẽsis, Germania magna, Rhætia, Vindelicia, Noricum, Pannonia superior, Pannonia inferior, Illyris & Dalmatia. Hactenus ex libro secundo apud Ptolemæum, sequente uero libro rursus.17. hæ: Italia, Cyrnus, Sardinia, Sicilia, Sarmatia in Europa, Taurica Chersonesus, Iazyges Metanastæ, Dacia, Mysia supior, Mysia inferior, Thracia, Chersonesus, Macedonia, Epirus, Achaia, Peloponnesus, & Creta insula.

DE REGIONIBVS, QVAE LIBRO secundo apud Ptolemæum continentur. Et primum de Insulis Britannicis. CAP. XXIII.

CVm autem in describendo orbe, ingenium ac industriam Ptolemæi nemo uicerit, operæpretium uisum est nobis illuc iuuentutẽ uelut ad fontem & perfectum huius negotij artificem dirigere. Perstrinximus itaq; regionum generales fines ad illius præscriptionẽ, paucula adijcientes rerum uel priscarum, uel nostræ ætatis: insigniũq; locorum quædam nomina, ut uidelicet tædium iuuentutis alleuaremus. Porrò nec in artificio solum eximius Ptolemæus, sed in ordine quoq; admirabilis, ita regiones deinceps texuit, ut à sinistris ad dextera, hoc est, ab occasu ad ortum: deinde à magis septentrionalibus ad australia pergeret. Ideoq; ab Hybernia insula maxime septentrionali atq; occidentali incepit. Hybernia itaq; insula à septẽtrione Hypboreo alluitur Oceano, ab occasu occidentali, à meridie Verguo, ab ortu Hybernico. Hodie dicitur Irlandt. Paret autem Anglorum regi. Homines sunt agrestes. In ea fabulantur esse D. Patricij purgatorium. De hac ·I·

miranda ſcribit Pomponius Mela.

Albion à ſeptentrione habet Oceanum Deucalidonium, ab occaſu Hybernicum & Vergiuium, à meridie Britannicum, ab ortu Germanicum. In ea neq; montes ſunt, neq; paludes, authore Ptolemæo. Hodie in duo regna diuiſa eſt inſula, Angliæ, et Scotiæ: quibus populis nō admodū cōuenit. Anglia hodie multis eximijs claret ingenijs, et qđ rarū eſt, erudito rege HENRICO, eius noīs octauo, cuius exemplo nō mirum eſt multos ad ſtudia honeſta excitari. Inſula triquetra eſt apud Cæſarē & Strabonē. De ea copioſe tractat Cæſar lib. 5. de bello Gallico. Inſulæ adiacent his Orchades trigínta nūero, et Thyle ſeptentrionis ultima apud ueteres.

DE HISPANIA. CA. XXIIII.

Continentis prima portio ad occaſum, eſt Hiſpania, quæ à Septentrione Cantabrico, ab occaſu occiduo clauditur Oceano, à meridie freto Herculeo, & mari noſtro, ab ortu Pyrenæis montibus, qui Galliam ac Hiſpaniam diſterminant. Strabo lib. 3. corio bubulo adſimilat. Hæc treis in parteis à Ptolemæo diuiditur, In Bethycā, Luſitaniam, & Taraconenſem.

.III. Bethyca à Bethy fluuio denominata, fines habet à Septentriōe Luſitaniā, diuiſam ab ea fluuio Ana: ab occaſu oceanū occiduū, à meridie fretū Herculeū et mare noſtrū, ab ortu lineam, quæ à Balearea ciuitate ad Anam ducitur. Hæc regio hodie regnum Granatæ dicitur.

.IIII. Luſitania à ſeptentrione habet Taraconenſem Hiſpaniā, diuiſam ab ea flumine Durio, ab occaſu oceanum occiduū, à meridie Anam flumen, ab ortu lineam ab Ana ad Durium ductam. Hanc regionem aliquanto maiorem facit Strabo. Et noſtra quoq; ætas. Portugallia enim uocatur, regnum nobile, cuius ſolertia factum eſt, ut ab Hiſpania in Indiam hodie nauigetur. Ciuitas regia in ea eſt Vlyſbona, quam Plinius Olyßipponem uocat.

.V. Taraconenſis Hiſpania, penè dupla ad priores, à ſeptentrione oceanum Can

nū Cantabricū, ab occasu occiduū habet, Lusitaniā, Bethycamq; à me ridie mare Ibericum siue nostrū, ab ortu Pyrenæos montes ac Galliā. Hanc secat amnis Iberus, à quo olim Romani Hispaniā citeriorē ac ulteriorem diuiserunt. Hæc natio hodie quatuor habet regna, Castellæ, Galliciæ, Nauarræ, ac Tarraconiæ, ab inclyta Scipionum ciuitate. Præclarißimi in Hispania populi Celtiberi, ac eorū urbs Numantia, quæ Romanis decem annis restitit, tandem à Scipione inferiore expugnata. Item Saguntbum oppidum insigni clade sub Hannibale clarū, & Carthago noua à Scipione superiore expugnata. Porrò Hispania Romanis obstitit plus ducētis annis, sub Augusto primum perdomita. Insulæ duæ adiacent Hispaniæ Baleares, maior & minor, quæ hodie etiam inde Maiorica ac Minorica uocantur. Et Gadis in extremo oceano Herculi sacra. Item Herculis columna in Bethyca, Calpe.

DE GALLIA. CAP. XXV.

SEquitur Gallia post Pyrenæos montes, inter Hispaniam, Germaniamq;, & duo Maria, Oceanum et mare nostrum sita. Quā C. Cæsar, & ueteres omnes in partes tres diuiserunt, Aquitaniam, Celticam (quæ proprie Gallia) & Belgicam. Aquitania à Celtis diuiditur Garumna flumine. Celtæ à Belgis flumine Sequana. Deniq; Belgæ à Germanis flumine Rheno. Hic enim est antiquus limes Gallorum & Germanorum apud omnes authores. Atque hæc diuisio fuit antiqua. Augustus autem Cæsar Aquitanis adiecit quicquid inter Garumnam & Ligerim amnes est populorum, tum reliquos Celtas, in Galliam Lugdunensem & Narbonensem diuisit, adiecta Narbonensi prouincia uetere, quam antea Romani tenuerant, quæque hodie adhuc nomen tenet. Hanc diuisionem posteriores secuti sunt Geographi, præcipue uero Ptolemæus. Eam nos quoq; nunc prosequemur.

Aquitania igitur habet ab occasu oceanum Aquitanicum, à septentrione & ortu Lugdunensem Galliam, flumine Ligeri discretam, à meridie par VI.

ridie partim Pyrenæos montes, partim Narbonensem Galliam.

.VII. *Lugdunensis à septentrione oceanum Britannicum spectat, ab occasu partim oceanum, partim Aquitaniam iuxta dictos limites. Ab ortu Belgicam, diuisam ab ea flumine Sequana, à meridie Narbonensem Galliam.*

.VIII. *Deniq; Belgica à septentrione Britannicum habet oceanum, ab occasu Lugdunensem, ab ortu Germaniam magnam, diuisam ab ea flumine Rheno, à meridie Narbonensem Galliam.*

.IX. *Postremo Narbonensis Gallia, à septentrione Lugdunensi ac Belgica concluditur, ab occasu Pyrenæis montibus, ac Aquitania, ab ortu alpibus, à meridie mari Gallico. Hic lectorem admonere uolumus, in descriptiōe Galliæ, quod ad loca attinet, plus tribuendū C. Cæsari, quàm Ptolemæo. Quippe Cæsar regionem peragrauit ac uidit. Fuit enim diligentißimus in locis describendis Cæsar. Porrò Ptolemæus id non egit ut omnia priuata loca ad amußim pingeret, sed ut regionum in genere ueram phantasiam ac formam oculis subijceret. Sequani igitur, Rauraci, Heluetij, Leuci, & Lingones, uiciniq; populi, nequaquam Belgis sunt adscribendi, sed Celtis, etiamsi aliter tradidit Ptolemæus. Item Dubis, quem Cæsar Alduasdubim uocat, Arar & Rhodanus, non ex eisdem montibus originem ducunt. Nec Auenticum, aut ciuitas equestris, Sequanorū ciuitates sunt, etiamsi ita exhibuit nobis Ptolemæus, sed Heluetiorum, ut de Auentico Cornelius Tacitus lib. 17. docet. Hoc idem de ciuitate equestri satis patet ex situ Heluetiorum, à Cæsare descripto. Gallorum omnium fortißimi (ait Cæsar) Belgæ, maximæ famæ Celtæ. Cæsar totam Galliam decennio subegit, ait Strabo. Flumina Gallia habet oportunatißima in utraq; maria, & nostrum, et oceanū. Eam Franci, origine Germani, magna ex parte occupauere, præter Belgicæ maritimam oram, & eam qua Rhenū attingit, præterque Lotoringos, Heluetios & Allobrogas, qui hodie Sabaudienses dicuntur. Vrbes habent principalem Lutetiam, olim Parrisiorum oppidum, &*

Lugdunũ nobile emporiũ. Belgæ hodie in Picardos, Flãdros, Brabantos, Hollandosq; diuisi sunt, & quosdam alios non ignobiles populos. Aquitani Gasconiæ hodie nomẽ retinẽt. Celtæ aũt innumera nomina. Ex his multi sunt, qui Francis parent, sunt item q non parent.

DE GERMANIA. CA. XXVI.

.X.

GErmania magna ab occasu Rhenum habet & Gallias, à septentrione Oceanum germanicum, à meridie flumen Danubium, regiones uero Rhætiam, Vindeliciam, Noricum, Pannonias, duas, superiorem & inferiorem. Ab ortu Vistulam flumen, & Carpathum montem. In hac tam uasta ac magna natione, ex antiqua appellatione quatuor dúntaxat populorum nomina mansere, Saxonum, Physiorum, Marcomannorum, & Sueuorum. Et Sueui quidem quondam ad Albim fluuium habitabant, patentißima regione, ut patet apud oẽs authores. Cæterum Strabo etiam Sueuorum ad ortum Danubij meminit lib. 4. ad finem, ubi hodie quoq; manet nomen. Marcomãnni aũt hodie uulgo Merrhenlandi dicuntur. Germaniæ maximus fluuius est Albis, ultra quẽ Romani nõ habuerunt impium, ait Strabo lib. 7. Maxĩa sylua in ea Hercynia est, de qua Cæsar lib. 6. elegantißime differit, & quæ hodie nigra sylua dicitur, eiusdẽ caput est. Bacenis aũt sylua longe alia est, uidelicet nõ longe ab Albi fluuio in Sueuis. Multi hodie piceariam uolunt, quæ in Turyngis est. Tota hodie natio in multa regna & regulos diuisa est, non magno suo cõmodo. Vtitur aũt fermè uetere lingua Germania, exceptis Bohemis, ac parte Poloniæ. Vrbes quoque in ea præclarißimæ, ut urbs Norica in umbilico propè Germaniæ, Ertpfordia in Turyngis, Praga in Bohemis, Vratislauia in Silesijs, Lubecum in Cymbricæ Chersonesi Isthmo, & reliquæ infinitæ.

DE RHAETIA, VINDELICIA, NORICO, Pannonijs duabus, Illyri, & Dalmatia. CA. XXVII.

.XI.

RHætia ab occasu Heluetijs, à septentrione Danubio & Germania, ab ortu Lyco flumine & Vindelicia, à meridie alpibus ter=

minatur. Hæc natio non prorsus ita habet apud Strabonem, qui eam ad Comum usque extendit. Hi origine Thusci sunt, ut author est Liuius libro quinto ab urbe condita. Et lingua Thusca etiamnum apud Rhætos manet, quanquam non incorrupta, ut idem ait Liuius. Ipsi in tria fœdera scißi sunt, licet non eo omnino tractu, quem pingit Ptolemæus.

.12. Vindelicia ab occasu Lyco & Rhætia, à septentrione Danubio et Germania, ab ortu Oeno & Norico, à meridie item alpibus clauditur: In ea præclarißima urbs Augusta Vindelicorum ad Lycum amnem.

.13. Noricum ab occasu Oenum flumen & Vindeliciam, à septentriōe Danubium & Germaniam, ab ortu Pannoniam superiorē, à meridie alpes habet. Hæ duæ nationes nunc nomen Bauariæ habent.

.14. Pannonia superior ab occasu Noricum, à septentrione Germaniā & Danubium, ab ortu Pānoniam inferiorē, à meridie Illyrim habet. Hodie Austria & Stiria. Porrò in ea præclarißima urbs Vienna.

.15. Pannonia inferior à septentrione Germaniam & Danubiū, ab occasu Pannoniā superiorē, à meridie Lyburniam siue Illyrim, et ab ortu Iazygas Metanastas habet. Hæc hodie sub Vngaris propemodū est.

.16. Illyris, quæ eadem Lyburnia (nam authores hæc duo nomina ferè
.17. confundunt) Item Dalmatia (quæ magis ad ortum ac meridiem à Ptolemæo non singulatim descripta, quanquam regionē singularem puto) à septentrione habēt utrāq; Pannoniam, ab occasu Hystriam, ab ortu superiorem Mysiam, à meridie Macedoniam ac mare Hadriaticum. Tota hæc Natio Sclauonia hodie uocatur, uulgo wendenlandt.

DE ITALIA, CORSICA, SARDInia, & Sicilia. CAP. XXVIII.

.18. ITalia peninsula ab occasu Alpiū iugis terminatur, ad Varum usq; flumen, & Tyrrheno pelago, quod etiam mare Tuscum & inferum dicitur, à septentrione alteris alpium iugis, quæ Rhætiæ, atque alijs

sequentibus

ſequentibus nationibus imminent, ab ortu Hadriatico mari, quod nunc Venetum uocant, olim à Romanis Superum uocabatur. deniq; à meridie mari Siculo. Hæc omnium regionum præclariſsima. Caput habet Rhomam, olim gentium dominam, & Tyberim amnem. Vrbes præterea præclariſsimas, Inſubrium Mediolanum, Venetorum Veronã, & urbem nouam, quæ nunc Italiæ clariſsima eſt, Ligurum Genuam, Thuſcorum Florentiam, Campanorum Capuam, nec longe ab ea liberam quondam Neapolim. Per mediam Italiam mons Apenninus tendit, perinde atq; ſpina per tergum hominis. Eſt in Italia togata Gallia iuxta Padum ingens flumen, ad Rubiconem uſq; amnem, ubi uera Italia incipit. Hæc olim Gallia Ciſalpina uocabatur, cum altera Gallia, uidelicet noſtra, Tranſalpina, Comata, ac Bracata diceretur. Italiæ forma tibiæ demortui hominis adſimilis eſt.

19. Cyrnos, quæ & Corſica, inſula, ab occaſu & ſeptentrione mari Liguſtico, ab ortu Hetruſco clauditur, à meridie mari, qđ inter ipſam ac Sardiniam iacet. Hæc inſula eſt nũc ſub Genuenſium dominio. Laudatur hodie ex ea uinum.

20. Sardinia ab ortu habet Tyrrhenũ pelagus, à meridie Africũ, ab occaſu et ſeptẽtrione Sardoũ. Hæc inſula plãtæ hũani pedis adſimilis eſt.

21. Sicilia inſula triquẽtra, ab occaſu & ſeptentrione mari Tyrrheno clauditur, à meridie Afro, ab oriente Hadriatico ſiue Ionio. Tria habet promontoria, unde & Trinãcris à Græcis dicta, quorũ Pelorus ſeptentrionẽ ac Italiã ſpectat, Pachynus ortũ, Lilybæũ meridiẽ & occaſum. Ex Lilybæo qdã naues è Carthaginenſiũ portu egrediẽtes uidere poterat, ut refert Valer. Max. li. 1. nõ ita longe à fine. Itaq; quidã putant Siciliam plus æquo remotã ab Africa in Ptolemæi deſcriptione. Strabo tamen li. 17. ait Carthaginem diſtare à Lilybæo ſpacio milliũ ſtadiorũ ac quĩgentorũ ferè, quæ cũ Ptolemæi nõ omnino diſcrepat pictura. In hac inſula mons Aetna incendio memorabilis, Syracuſæ urbs, ac Meſſana. Sardinia ac Sicilia hodie ſub ditione Hiſpanorum eſſe dicuntur.

DE SARMATIA EVROPAE, TAVRIca Chersoneso, Iazygibus Metanastis, Dacia, duabus Mysijs, & Thracia. CAP. XXIX.

SArmatia Europæ terminatur à septentrione oceano Sarmatico, ab occasu Vistula fluuio & Germania, à meridie Iazygibus Me-
.22. tanastis, Dacia ac Mysia inferiore, ab ortu Sarmatia Asiatica, fluuio Tanai, Mæotideq́; palude. Hæc regio nostra ætate in multas regiones diuisa est, Poloniã, Rhußiam, Prußiam, Lituanicam, Liuoniã, Moscouiam, Podoliam, Albam Rhußiam. Sarmatiæ maior pars, neq; parua Germaniæ portio hodie sub uictoriosißimo principe SIGISMVNDO rege Poloniæ degit.

.23. Taurica Chersonesus Mæotide palude, Cimmerio Bosporo, ac mari Euxino penè circundatur. Hodie minor Tartarea à quibusdam.

.24. Iazyges Metanastæ terminos habent à septentrione Sarmatiam Europæ, ab occasu & austro Germaniam & Pannoniam inferiorem, ab oriente Daciam, hodie septem castra dicuntur, uulgo Sibenbürg.

Dacia terminatur à septentrione Sarmatia Europæ, ab occasu Ia-
.25. zygibus Metanastis, à meridie Mysia superiore & Danubio, ab ortu Mysia inferiore et Danubio. Hanc hodie Transsyluaniam uocãt. Est aũt longe alia ab ea, quã non recte hodie Daciam uocant, cũ sit Dania appellanda, uulgo Dånmårckt, ad Cimbricam Chersonesum.

Mysia superior à Septentrione habet Daciam, ab occidente Dal-
.26. matiam, à meridie Macedoniam, ab ortu Thraciam. In ea est Dardania. Hæc hodie Seruia dicitur.

.27. Mysia inferior ab occasu habet Daciam, à septentrione Sarmatiã in Europa, ab ortu pontum Euxinum, à meridie Thraciam & Aemũ montem. Hic Danubius sex hostijs in pontum Euxinum effunditur. Hodie Valachia & Bulgaria.

.28. Thracia à septentrione habet inferiorem Mysiam, ab occasu superiorem.

riorem, à meridie mare Aegæum, ab ortu Bosporum Thraciũ, ac Propontidem. In hac Constantinopolis est, olim Byzantium.

Ad Thraciam & Hellespontum est proprie Chersonesus, ubi urbs Sestus, amore Herûs & Læandri clara. .29.

DE MACEDONIA, EPIRO, ACHAIA, Euboia, Peloponneso, & Creta insula. CA. XXX.

MAcedonia limites habet à septentrione Mysiam superiorẽ & Thraciam, ab occasu Ionium pelagus siue Hadriaticũ, à meridie Epirum atq; Achaiam, ab ortu Aegæũ pelagus. Ea natio rebus gestis, & regum nobilitate præclarißima, præcipue uero Alexandri Magni. In ea urbes quoque præclarißimæ, Thessalonica, Philippi, Demetrias. Montes: Athos, Olympus, Ossa, Pelios et Othrys. Fluuij: Sperchius, Penẽus, Axius et Strymon. Ptolemæus hanc latiorẽ facit q̃ uetusta descriptio habet apud Liuium de bello Macedonico. .30.

Epeirus à septentrione terminatur Macedonia, ab occasu & meridie mari Ionio siue Hadriatico, ab ortu Achaia. Montes in ea Acroceraunia & Pyndus à Thessalis imminens. Ciuitates, Oricum, Ambracia & Actium. Hæc natio à Romanis maxime uastata fuit, nobilis suo quõdam Pyrrho rege. Insulã adiacẽtem habet Corcyram, olim Phæaceam dictam ut putant quidam, nobilem carmine Homeri, & Alcinoo rege, nunc Corfun nominant. Sunt & aliæ adiacentes insulæ, Ithaca Vlyßis patria, Cephaleniæ, & Echinades, ac Zacynthus. .31.

Achaia ab occasu habet Epeirum, à septentrione Macedoniam, ab ortu mare Aegæum, à meridie Hadriaticum & Creticum pelagus. In hac sunt Athenæ disciplinarum altrix quondam, Delphi in Phocide oraculo Apollinis clari. Montes: Helicon, Parnassus, Cythæron, Hymettus. Fluuius, Asopus. Regiones præclarißimæ, Aetolia, in qua Calydon: Bœotia, in qua Thebæ: ac Phocis, in qua (ut diximus) Delphi. Item Sunium promontorium. Achaiæ Euboia ingens adiacet insula, .32.

hodie Nigra pont. In ea Chalcis ciuitas clara morte Aristotelis. Ea est iuxta Euripum è regione Aulidis, portus Bœotiæ.

Peloponnesus limites habet à Septentrione Corinthiacum sinum,
33. *Isthmum, & Creticum pelagus. Ab occasu atq; meridie Hadriaticum pelagus, ab ortu Creticum mare. Hodie Morea dicitur. Hæc toto orbe peninsula maxime celebrata est, propter Mycenarum, Arguorum, Lacedæmoniorũ, Sicyoniorum, Eliensium, Arcadum, Pyliorũ, & Messeniorum imperium. Multæ horum populorum præclarißimæ urbes, multi principes celebrati, immensæ res gestæ, montes quoq; ac fluuij celeberrimi. Ab occasu Strophadas insulas habet duas, ab Austro Cythæra, ab ortu Salamina, & Aeginam maximæ famæ.*

Creta insula ab occasu terminatur mari Hadriatico, à septentrione
34. *Cretensi, à meridie Punico, ab oriente Carpathio. Hac quoq; insula nulla sub cœlo magis celebrata, centum olim habebat oppida, ideòque ab Homero ἑκατόμπολισ dicta, hodie Candia. Item in ægæo pelago insulæ sunt multæ. quædam ab situ uocantur Cyclades, quæ circa Delum in circulo positæ sunt. Reliquæ Sporades dicuntur, ꝙ undiq; ꝑ mare dispersæ sint. De his omnibus Plinius lib. 4. cap. 12. copiosißime. Hæ oẽs nationes, quas hoc capite enumerauimus, sub Turcorũ impio sunt.*

AFRICA.

DE APHRICA, ET EIVS PARTIbus, ac primũ de Mauritanijs duabus, Africa minore, ac Numidia. CAP. XXXI.

SEquitur deinde Aphrica altera mundi pars, quam Ptolemæus li. quarto tabulis quatuor descripsit. Habet autem regiones duodecim, Mauritanias, Tingitanam ac Cæsariensem, Numidiam nouam, Aphricam proprie, Cyrenen, Marmaricam, Libyam, Aegyptũ

inferiorem

inferiorem, Thebaida, Libyam interiorem, Aethiopiam supra Aegyptum, Aethiopiam omnibus his australiorem.

Mauritania Tingitana ab occasu habet oceanum occidentalem, ad septentrionem fretum Herculeum & Ibericum usque ad Maluæ fluuij hostia, ab ortu Mauritaniam Cæsariensem, à meridie Getuliam & Libyam interiorem. In hac Ptolemæus duos Atlantes constituit, maiorē & minorem. Est in ea Tingis Cæsarea, & columna Herculis Alyba. .1.

Mauritania Cæsariensis ab occasu habet Tingitanam, à septentrione Sardoum pelagus usq; ad Ampsagum fluuium, ab ortu Africam, à meridie Libycos montes & Getuliam. In hac Syphacis quondam regia, & Masæsyliorum regnū, quod postea in Masanissæ manus uenit. .2.

Aphricæ latus occidentale, terminatur Mauritania Cæsariensi, & Ampsaga fluuio: septentrionale, pelago Aphricano: orientale, Cyrene: meridionale, desertis interioris Libyæ. In hac Carthago est, pertinax in perniciem usque suam Romani imperij æmula. Est Vtica, ubi posterior Cato se occidit. Est et Numidia prouincia, quam suis quibusdam, sed non ita proprijs terminis descripsit Ptolemæus. In ea Cirtha regia ciuitas maxima. Multæ ante Aphricam insulæ sunt, & duæ Syrtes, maior et minor, impediti ac salebrosi sinus maris. Hæc tota cum duabus Mauritanijs natio, hodie Barbaria uocatur. .3. .4.

DE CYRENAICA, AC RELIQVIS nationibus Aphricæ. CA. XXXII.

CYrene ab occasu habet Syrtim magnam, ac Aphricam proprie, à septentrione Libycum pelagus, ab ortu Marmaricam, à meridie deserta Libyæ interioris. Ciuitates insignes inter cæteras sunt, Beronice, Arsinoe, Ptolemaïs, Apollonia ac Cyrene, unde & pentapolis dicta. .5.

Marmaricam Libyā, ac Aegyptū Ptolemæus nō adeo accurate distinxit, q̄q̄ Marmaricā ad Cyrenen ponit, Deinde Libyam, Postremo Aegyptum ad Asiam et sinū Arabicum. Hæ tres etiam nationes ad .6.7.8.

septentrion

septentrionem habent Aegyptiacum pelagus, ad meridiem Aethiopiã supra Aegyptum. In Libya hac est Hammon oraculo Iouis clara ciuitas. In Aegypto inferiore Alexãdria est metropolis, opus Alexandri magni, & regum Ptolemæorum regia, deniq; nostri Ptolemæi patria. Hæc Aegyptus Nilo quotannis irrigatur, fluuio totius orbis maximo, qui septem hostijs in nostrum mare exoneratur, ac Aegyptum

9. inferiorem in literæ Δ formam ambit. Supra hanc Thebais regio est ad Nili ripas utrinque, ac undique propemodum montibus circundata. In ea multæ ac præclarißimæ urbes, ut Thebæ centum portis, Homero celebrata: quæ etiam Διόσπολισ. de qua Iuuenalis:

> Rari quippe boni, numero sunt uix totidem, quot
> Thebarum portæ, uel diuitis hostia Nili.

Ad sectionem Nili, ubi Δ efficit, Babylon est: atq; paulo infra Tanis, ubi filij Israël priorem captiuitatẽ, de qua in Exodo, paßi sunt, ac Mose duce per rubrum mare siue sinum Arabicum in deserta Arabiæ deducti, postea in terram sanctam uenerunt.

Libya interior terminatur à septentriõe duabus Mauritanijs, Afri

.10. ca atq; Cyrene, ab ortu Aethiopia quæ supra Aegyptũ est, ab occasu oceano occidentali. Populi in hac celebres Garamantes & Getuli.

.11. Aethiopia quæ supra Aegyptum est, terminos habet à septentriõe Aegyptũ, Marmaricam, & Libyam: ab occasu interiorem Libyam, à meridie exteriorem Aethiopiam, ab ortu Arabicum sinum siue mare rubrum. In hac Meroe insula est Nili, in qua diuus Matthæus prædicasse Euangelium dicitur. Item Trogloditica natio & Aromata.

Aethiopia omnibus his australior, à septentriõe habet Libyã inte

.12. riorem et Aethiopiam supra Aegyptũ, ab occasu et meridie Ptolemæo incognitã terrã, ab ortu sinum Barbaricũ, quæ pars est oceani Indici meridionalis. In hac montes Lunæ sunt, ex qbus Nili paludes originẽ trahũt. Extremũ Ptolemæo cognitũ Prassum est promõtoriũ. uerũ nostra ætate tota hæc portio à Lusitanis inuẽta est, ut postea exponemus.

ASIA.

DE ASIA TERTIA PARTE MVNDI; CAPVT .XXXIII.

ASiam magnam Ptolemæus tribus libris descripsit, quinto, sexto & septimo. Prouincias eius facit. 48. quanquam in ultimo catalogo libri octaui apud eundem non usq; adeo clarũ est, num Pontum ac Bithyniam duas faciat regiones, an Galatiam ac Paphlagoniam, utræq; enim illic binæ, quæ in quinto singulæ, nec distincte. Idẽ de magna Phrygia et Syria Caua dubitamus. Sunt autẽ in quinto hæ nationes: Pontus ac Bithynia: Quæ proprie Asia dicitur: Phrygia magna, Lycia, Galatia, Paphlagonia, Pamphylia, Cappadocia, Armenia minor, Cilicia, Sarmatia Asiatica, Colchis, Iberia, Albania, Armenia maior, Cyprus insula, Syria Caua, Phœnice, Palæstina Iudæa, Arabia petræa, Mesopotamia, Arabia deserta, Babylonia. In sexto hæ sunt nationes; Assyria, Susiana, Media, Persis, Parthia, Carmania deserta, Carmania altera, Arabia felix, Hyrcania, Margiana, Bactriana, Sogdiana, Sacæ, Scythia intra Imaũ montẽ, Scythia extra Imaum montem, Serica, Aria, Paropamisus, Drangiana, Arachosia, & Gedrosia. In septimo libro sunt hæ: India intra Gangem fluuium, India extra Gangem, Sinarum regio, & Taprobane insula.

DE PONTO AC BITHYNIA, ASIA proprie, Lycia, Galatia, ac Paphlagonia, Pamphylia, Cappadocia, Armenia minore, et Cilicia. CA. XXXIIII.

POnti ac Bithyniæ termini sunt ab occasu Thracius Bosporus & Propontidis pars, à septentrione pontus Euxinus, ab ortu Galatia, à meridie regio quæ proprie Asia. In ea sunt urbes præclaræ Chalcedon, Nicea ac Nicomedia.

Quæ proprie Asia dicitur, habet à septentrione Bithyniam, ab occasu Propontidem, Hellespontum, ac Aegæum pelagus, quod ijs in locis Icariũ ac Myrtoum dicitur. à meridie Rhodiense pelagus, ab ortu Lyciam, Pamphyliam, ac Galatiã. Sed notandũ regionẽ, quæ proprie Asia dicitur, apud Ptolemæũ comprehendere Phrygiam magnã ac Cariam. Præterea esse in ea Mysias duas, maiorẽ ac minorem. Phrygias item duas, maiorem & minorẽ, & hanc quidem dici Troiadem, in qua Ilium ac Ida mons. Deniq; in ea esse Aeoliam, Ioniam, ac Doridem regiones. Est aũt hæc natio abunde apud omnes authores celebrata, urbibus præclarißimis. Præterea fluminibus ac montibus innumeris. Cariũ etiam nomen in militia clarum est, Lydorum uero in diuitijs. Hæc hodie cum adiacentibus regionibus magna Turcia dicitur.

Lycia terminatur ab occasu & septentrione regione quæ proprie Asia dicitur, ab ortu Pamphylia, à meridie mari proprio. In ea Xanthus flumen, ac Patara urbs.

Galatia limites habet ab occasu Bithyniã & partem Asiæ proprie, à meridie Pamphyliam, ab ortu Cappadociam, à septentrione pontũ Euxinum. In hac Paphlagonia est ad pontum Euxinum. Item ciuitas Synope, & extrema Carambis, fluuius Halis, Lydij olim ac Medici imperij discrimen. Galatæ à Celtis oriundi sunt, quos Græci Galatas, Latini Gallos dixerunt. Galatarum linguam ait D. Hieronymus suo tempore fuisse similem Treuirorum. Ad hos D. Paulus scripsit.

Pamphylia terminatur ab occasu Lycia ac Asia, à septentrione Galatia, ab ortu Cilicia et Cappadocia, à meridie Pãphylico mari. In hac sunt Berga et Attalia ciuitates, quarũ mentio est in Actis Apostolorũ.

Cappadocia terminatur ab occasu Galatia, à Meridie Cilicia, ab ortu Armenia minore, et superne etiam maiore, à septentrione ponto Euxino. In hac flumen est Thermodon. Item ciuitates maritimæ duæ, Trapezus et Themiscyra. Item Amaseia Strabonis patria.

Armenia minor à septentrione et occasu habet Cappadociã, ab ortu Arme-

tu Armeniã maiorẽ,distinctã ab ea Euphrate flumie: à meridie Ciliciã.
Cilicia terminatur ab occasu Pamphylia, à septentriõe Cappadocia & minore Armenia, ab ortu Ammano monte, à meridie mari Ißico. In hac fluuius Cydnus, qui Tharsum urbem præclarißimam perluit, D. Pauli patriam. Hactenus Chersonesi regiones enumeratæ sunt, quã minorem Asiam uocamus. Habet autem insulas circunquaque adiacentes. Et Troas quidem, Tenedon, & Lesbon: Lydia uero Chium: Ionia autem Icarum, & Samum. Deniq; Caria Con, Doris Carpathum, Lycia Rhodum, omni ætate claram insulam.

DE SARMATIA IN ASIA, COLCHIDE, Iberia, Albania, et Armenia minore. CA. XXXV.

SArmatia Asiatica terminatur à septentrione terra incognita Ptolemæo, ab occasu Sarmatia Europæ, Tanai fluuio, Mæotide palude ac Cimmerio Bosporo: à meridie Euxino mari, Colchide, Iberia ac Albania: ab ortu Scythia intra Imaum montem, et mari Caspio. In hac sunt Amazones, mõtes Hyperborei, et Caucasus, Mithridatis regio, Alexandri columnæ. Hæc hodie Tartaria dicitur. Hic etiã notandum quas Ptolemæus duas Sarmatias facit, eas alios authores Scythias nominare. Ac de alijs duabus Scythijs uel nihil, uel parum tradidisse. Tametsi omnes septentrionis populos Scythas nominant paßim.

Colchis habet à septentrione Sarmatiam in Asia, ab occasu pontum Euxinum, à meridie maiorem Armeniam, ab ortu Iberiam. In ea Phasis flumen, & urbs Dioscurias. Ex ea Medea cum Iasone profugit in Græciam.

Iberia undiq; mõtibus septa, terminatur à septentrione eadẽ Sarmatia, ab occasu Colchide, à meridie maiore Armenia, ab ortu Albania.

Albania habet à septentrione eandem Sarmatiam, ab occasu Iberiam, ab ortu mare Caspium siue Hyrcanum, à meridie Armeniam maiorem. In his regionibus cum Mithridate rege Ponti bellauit

Pompeius. Aiunt et in ea diuũ Bartholomæũ concionatum uerbũ dei.
Armenia maior terminatur à septentrione Colchide, Iberia ac Albania: ab occasu minore Armenia ac Euphrate, parte etiã Cappadociæ, ab oriente mari Caspio et Media, à meridie Mesopotamia atq; Assyria. In montibus Armeniæ post diluuium arca Noe consedisse dicitur Gene.ca.8. Quidam etiam addunt in Gordiæis montibus. Euphrates in ea oritur, & Araxes, & Tigris, fluuij celebrrimi.

DE CYPRO INSVLA, SYRIA, ATQVE eius partibus, Phœnice, Caua Syria, Palæstina Iudæa, Arabia petræa, Mesopotamia, Arabia deserta, ac Babylonia. CAPVT .XXXVI.

Cyprus insula ab occasu pelagus habet Pamphylicum, à meridie mare Aegyptiacum, ab ortu Syriacum, à septentrione Ciliciũ. Hæc insula Veneri quondam sacra fuit. Habet urbes Paphos duas, ueterem ac nouam, & Salamina.

Syria terminatur à septentrione Armenijs, ab occasu Syriaco pelago, à meridie Iudæa Palæstina, ab ortu Arabia deserta, Mesopotamia ac flumine Euphrate. Natio mire celebrata in Iudæorũ scriptis. Sub ea Phœnice comprehenditur, & Syria Caua siue Cœle, quam non recte uocant Curuam. Antiochiam habet ad Orontem fluuium, nominatissimam urbem in Actis Apostolicis. Item Tyrum ac Sydonem, Seleuciã, Damascum. Montes: Carmelum, Libanum & Antilibanum.

Palæstina Iudæa pars Syriæ, habet à septentrione Phœniciam, ab oriente atq; meridie Petræam Arabiam, ab occasu Syriacum pelagus. In hac Hierosolyma, Cæsarea Stratonis, Ioppe nunc Iaphet. Multæ item aliæ in sacris literis nominatæ urbes. Ipsa etiam Samariam complectitur ac Galilæam. In ea Iordanis fluuius, qui Genesar lacum effundit. Ptolemæus etiam Tiberiadis addit lacum, qui neq; apud Plinium, neq; apud Strabonem habetur, sed Tiberias oppidum ad Genesaritidem lacum leg

cum legitur apud Plinium: deniq; in Asphaltida labitur, quod mare mortuũ uocant. In ea est terra, quam Sanctam uocant sacræ literæ, diuisa in duodecim tribus Israël. Cuius lõgitudo est à Dan ad Bersabē, latitudo ab Ioppe ad mõtana, quæ undiq; Iordāni iminēt ab Arabibus.

Arabia Petræa terminatur ab occasu Aegypto, à septentrione palæstina Iudæa, à meridie interiore sinu Arabico, ab ortu Arabia felice ac deserta. In hac Petra est metropolis. Hæc olim Nabatæa dicebatur. Per huius partem filij Israël ex Aegypto in terram sanctam uenerũt.

Mesopotamia finitur à septentrione Armenia maiore, ab occasu Euphrate fluuio ac Syria, ab ortu Assyria per amnem Tigrim, à meridie partim Arabia deserta, partim Babylonia per Euphratē flumen. Hæc regio, quod inter duos fluuios Tigrim ac Euphratem media sit, Mesopotamia dicta est. Moses Geneseos cap. xi. uocat illam Aran. In ea urbs Carræ, cede M. Craßi nobilis, ab Hebræorum historicis maxime celebrata. Item Edessa Abgari regis ciuitas, cuius mentionem facit Eusebius lib. 1. cap. 15.

Arabia deserta habet à septentrione Mesopotamiã, ab ortu Babyloniam, à meridie felicē Arabiã, ab occasu Syriã ac Arabiã petræam.

Babylonia terminatur à Septentrione Mesopotamia, ab occasu Arabia deserta, ab ortu Susiana, à meridie sinu Persico. In hac Chaldæa regio est, cuius urbs Vrchoa, quæ apud Ptolemæum Orchoa legitur, patria Abrahæ Geneseos cap. xi. In regione Babylonia, urbs est ipsa Babylon, opere, ac magnificentia inter septem orbis spectacula.

DE ASSYRIA, SVSIANA, MEDIA, Parthia, Hyrcania, Arabia felice, ac duabus Carmanijs. CAPVT. XXXVII.

Assyria finitur à septentrione Armenia maiore, ab occasu Mesopotamia & Tigri flumine, à meridie Susiana, ab oriente Media, Horum imperium & antiquißimum erat, & maximum,

In hac est Ninus urbs ædificata à Nino Beli filio.

Media terminatur à septentrione Hyrcano siue Caspio mari, ab occasu maiore Armenia & Assyria, à meridie Perside, ab ortu Hyrcania & Parthia. Horum etiam imperium olim magnum fuit, & ab Assyrijs tralatum. Porrò regum Persarum domicilium erat æstiuo tempore Ecbatanis in Media, Hyberno in Perside.

Susiana habet à septentriõe Assyriã, ab occasu Babyloniã, ab ortu Persidẽ, à meridie persicũ sinũ. Huius regionis metropolis sunt Susa.

Persis terminatur à septẽtriõe Media, ab occasu Susis, ab ortu Carmanijs duabus, à meridie sinu Persico. Hi à Medis in se & Susa retulerunt regnum. Quorũ nomen & ligua etiamnũ toto oriente clarent.

Parthia ab occasu habet Medos, à septentrione Hyrcaniã, ab ortu Ariam, à meridie desertam Carmaniam. Hi omniũ orientaliũ maxime Romanorũ imperiũ, cum potißimũ florerent Romani, retuderunt.

Arabia felix à septẽtrione habet Petræam atq; desertam Arabias, ab occasu sinum Arabicum, à meridie mare rubrum, ab ortu sinum Persicum & mare rubrum. In hac Saba est, & nostra ætate Mecha, domicilium Machumeti.

Hyrcania terminatur à septentrione Hyrcano pelago, ab occasu Media, à meridie Parthia, ab ortu Margiana, ferax natio Tigridũ. Vnde illud Vergilij Aene. 4. Hyrcanæq; admorunt ubera Tigres.

Deserta Carmania habet ab occasu Persidem, à septentrione Parthiam, ab ortu Ariam, à meridie alteram Carmaniam.

Carmania altera terminatur à septentrione Carmania deserta, ab ortu Gedrosia, ab occasu Perside & Sinu Persico, à meridie Indico pelago. Hæ duæ nationes nihil memoratu dignum habent.

DE MARGIANA, BACTRIANA, SOgdiana, Sacis, duabus Scythijs, ac Serica. CA. XXXVIII.

MArgiana habet ab occasu Hyrcaniã, à septentrione Scythiã intra Imaum montem, à meridie Ariam, ab ortu Bactrianã.

In ea Massagetæ sunt, & Tapuri populi.

Bactriana terminos habet ab occasu Margianam, à septentrione & ortu Sogdianam diuisam ab ea Oxo amne, à meridie Ariam & Paropamisadas. In ea Bactra sunt eius regionis metropolis.

Sogdiana terminatur ab occasu & septentrione Scythia intra Imaum montem, ab ortu Sacis, à meridie Bactriana & India. Hactenus Alexander magnus exercitum duxit. Sunt autem duæ Alexandriæ in ea Oxiana ac ultima.

Sacæ terminantur ab occasu Sogdiana, à septentrione Scythia intra Imaum montem, ab ortu Scythia extra Imaum montem, à meridie India intra Gangem. Regio Nomadum est: ciuitates enim non habent, nemora autem & speluncas inhabitant, ait Ptolemæus.

Scythia intra Imaum montem ab occasu habet Asiaticam Sarmatiam, à septentrione terram Ptolemæo incognitam, ab ortu Imaum montem, à meridie Sacas, Sogdianos, & Margianam.

Scythia extra Imaum montem terminatur ab occasu Scythia altera & Sacis, à Septentrione terra incognita Ptolemæo, ab ortu Serica, à meridie parte Indiæ extra Gangē. Sanè ante admonuimus de his duabus Scythijs apud ueteres raram esse mentionem.

Serica terminatur ab occasu Scythia quæ extra Imaum est, à septentrione atq; ortu terra incognita Ptolemæo, à meridie India extra Gangem & Sinis. In hac Issedones sunt, ac Sera metropolis.

DE ARIA PAROPAMISADIS, DRANgiana, Arachosia, Gedrosia, duabus Indijs, Sinarum regione, & Taprobana insula. CA. XXXIX.

SEquuntur nationes ab Macedonibus, duce Alexandro Philippi filio, lustratæ, alioqui non usq; adeo celebres.

Aria à Septentrione habet Margianā ac Bactra, ab occasu Parthiā ac carmaniā desertā, à meridie Drāgianā, ab ortu Paropami

ſadas. In ea eſt Alexandria ab ipſo Alexandro ædificata.

Paropamiſadæ ab occaſu habent Ariam, à ſeptentrione Bactra, ab ortu Indiam cis Gangem, à meridie Arachoſiam. Nomen habent à monte Paropamiſo, qui ipſis imminet à ſeptentrione.

Drangiana ab occaſu habet Carmaniam deſertam, à ſeptentrione Ariam, ab ortu Arachoſiam, à meridie Gedroſiam.

Arachoſia terminatur ab occaſu Drangiana, à ſeptentriõe Paropamiſadis, ab ortu India cis Gangem, à meridie Gedroſia. In hac quoque Alexandria eſt.

Gedroſia terminatur ab occaſu Carmania altera, à ſeptentrione Drangiana ac Arachoſia, ab ortu India cis Gangem, à meridie oceano Indico meridionali.

India cis Gangem habet ab occaſu Paropamiſadas, Arachoſiam, & Gedroſiam: à ſeptentrione Imaum montem iuxta ſuperiacentes Sogdianos ac Sacas, ab ortu Gangem fluuium ac alteram trans Gangem Indiam, à meridie Indicum oceanum. In hac Indus maximus eſt fluuius, à quo India nomen habet. Item Nagara, quæ & Dionyſiopolis, & Nyſſa apud authores, non longe ab Arachoſia urbs. Hæc natio ingens eſt, qua uno nomine nulla maior.

India trans Gangem ab occaſu habet alteram Indiam & Gangem fluuium, ad ſeptentrionem Scythiam & Sericam, ab ortu Sinarum regionem, à meridie Indicum pelagus. In hac eſt aurea Cherſoneſus inter duos ſinus Gangeticum & Magnum.

Sinarum regionem terminat à ſeptentrione Serica, ab ortu atque meridie terra Ptolemæo incognita, ab occaſu India trans Gangem & magnus ſinus. De hac regione propemodum nihil eſt apud authores.

Taprobane inſula oppoſita Indiæ cis Gangem, maxima omnium apud Ptolemæum, auro, argento, alijsq́; metallis abundans, noſtra ætate non omnino eo modo reperta.

De regio-

DE REGIONIBVS EXTRA PTOlemæum. CA. XL. & ultimum.

QVæ extra Ptolemæi descriptionem sunt regiones, nõ ita certis authoribus traditæ sunt, nec etiam tanta diligentia ac arte descriptæ. Ab occasu quicquid rerum ultra Hispanias ac insulas fortunatas est, totum Ptolemæo incognitum fuit. A' septentrione quicquid ultra sexagesimum tertium latitudinis gradum, ubi Thyle locatur ultima. A' meridie quicquid ultra decimumsextum gradum latitudinis Austrinæ. Ab ortu quicquid ultra centesimum octogesimum gradum, quæ omnia in generali tabula apud Ptolemæum facile est conspicere. Extra Ptolemæum.

Porrò ad occidentem terra est, quam Americam uocant, longitudine octoginta fermè graduum. Duæ insulæ Spagnolla & Isabella: quæ quidẽ regiones secundum littora ab Hispanis lustratæ sunt, Columbo Genuensi, et Americo Vesputio eius nauigationis ducibus. Sunt qui putent tempore Cæsaris Augusti eam terram fuisse notam, atq; Maronẽ lib. 6. Aeneid. de ea hæc protulisse carmina:

- Iacet extra sydera tellus,
Extra anni solisq; uias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum.

Hoc de Aethiopia Maurorum Seruius intellexit. Landinus autẽ nullam Aethiopiam extra zodiacum iacere contendit. Itaq; ipse exponit extra, id est, penè extra. Porrò Donatus solem pro die, annum pro nocte positum ait. Nos rem incertam iudicio lectoris relinquimus.

A' septentrione Islandia insula est, Grienland, Pilappenland, Noruegia, Suedia, quæ uere Gothia. Hæc triplex est, orientalis, occidentalis, & meridionalis. Gotlandia insula, Scania insula, quam hodie Selandiam uocant. At Plinius lib. 4. cap. 14. Scandinauiam uocasse uidetur, aut saltem uicinam Daniam. ait enim ab incolis nominari alterũ mundum.

dum, quippe quæ etiámnum incompertæ est magnitudinis.

Ad ortum maxima pars Asiæ post centesimum octogesimum longitudinis gradum à nostris Geographis adijcitur. In qua immensa regna, ingentia flumina, multaq́; alia dictu mirāda. Adpingunt insulam Zypangri ad extremum orientem, Iauam maiorem & minorem, & quasdam alias insulas, non certa tamen designatione.

Ad meridiem nostra ætate Madagascar pingitur, in eo loco ubi Ptolemæus Menuthiam insulam libro .4. capite ultimo posuit: præterea maxima portio Africæ ab Hispanis lustrata, itinere illo, quo Calecutium feruntur. Porrò òceanum indicum meridionalem à Prasso promontorio Aphricæ ad Cattigaram usq;, Sinarum stationem, totum inclusum terra, Ptolemæus existimauit, quemadmodū mare Caspium, quod quidem omnes antiqui Geographi oceani septentrionalis partē putarunt. Sed illud Indicum nunc repertum est, non terra inclusum, sed ab meridionali Oceano esse. FINIS.

EPILOGVS.

Habetis hic candidi lectores, meas de habitabili terra lucubrationes, quas utinam tam gratas uobis esse sentiam, quàm sunt prompto ad publicam studiosorum utilitatem animo compositæ. Quod si fortunatā hanc æditionem uidero, dabo fidelem operam, ut aliquando & limatiores, et locupletiores in publicum emittantur: ac alia item nostra, quæ studiosis non inutilia fore existimamus. Valete.

BASILEAE: ANNO
M. D. XXVIII.

EXCVDEBAT IOANNES FABER EMMEVS IVLIACENSIS.